¶ Pulcherrimum ſapientie horologiũ quod ſpecioſiſſimis decoratum roſis et cimbalorum beneſonantium ſuauẽ ac celeſtem ſonum reddentium cunctorũ qꝫ corda ſurſũ mouẽtiũ dignata ẽ ſaluatoris clemẽtia diuo hẽrico cognomẽto ſuſo ſacri predicatorũ ordinis oſtendere



¶ Pulcherrimum ſapientie horologiũ quod ſpecioſiſſimis decoratum roſis et cimbalorum beneſonantium ſuauẽ ac celeſtem ſonum reddentium cunctorũ qꝫcorda ſurſũ monẽtiũ dignata ẽ ſaluatoris clemẽtia diuo hẽrico cognomẽto ſuſo ſacri predicatorũ ordinis oſtendere



¶ Deuotiſſimo religioſiſſimoq; regu/
latiſſimi fratrum cenobii ſacte crucis
meritiſſimo priori conato ſuo frater pe
trus de ponte ſacri predicatorum ordi/
nis . S . D . P .

Cunctabūda michi ſepiuſcule volutāti me
te/priſcorū perſeuerantem ludo in littera=
rio exercitationē quibꝰ non iura/non hyſtia=
nitatis artes/non fragrantiū adeptio virtutum/ nō
recte docendi noticia defuit . vtpote qui duodecim
ſupra olimpiades magnis cū honoris decoramētis
ac titulis ſiccum ariduȝ ac ſterilē opificis agrū om
nipotētis celeſti roridoq; fecundarūt imbre multo
rū in cordibus feruidum zelotipis dñi inſerētes a=
morē eos adeo vehemēter/auſtro flante/incēdētē vt
nedum ſurſū prope amore aduſtos ; excreſcere face=
ret animos/verum et ſacra diuinā/ſuauē/ac celeſtē
in laudem vt cumq; aſſurgere . In mentem mediuſſi
dius inceſſit horū maxime virorū multiiuga fruge
ſcinceros diligendos fore libellos Quos et beneui
uendi conſtat arte ꝓbatos/et e celeſti diuinoq; fon=
te in hec fluxa eſſe demiſſos . Ea de re et peremptne
ſibi ſortiuntur ſtabilitatē/et ad recte incontamina=
teq; viuendū tantam conducibilitatem vt ad olimpi
acas ſibi adipiſcēdas opes admodum profuturos i
tegerrime credā . hos vero omni propulſandos niſu
quos humana ſolū adinuenit induſtria irrefragabili
edoctus experimēto cenſeo quā vt plurimum zelato
res aduerſus viros macerātibꝰ linguis inhoneſte/

terue/atq; petulanter/blocterātur nec ſtupendū quā
vt aiūt/ꝓmittunt medici tractant fabrilia fabri / et
quā quiſq; artem nouerit/vti dictitant atticecenteſ
ī ea ſe exercet hii hercule gētiliū maſtipoferi ethni
corūq; ſilicis ventrē implere ac ciceroniani vocitari
q̄ xpiani noīe inſigniri mallent . In quos diuꝰ ille ie
ronimꝰ ad damaſiū papā ſcribēs Pleroſq; īqt mor/
taliū cernere eſt diuino etiā deditorꝫ cultui/ ſacris
ꝑtermiſſis codicibꝰ comedias legere/amatoria bu=
colicorꝫ verſuum verba cātare/virgilium tenere in
manibꝰ/et quod in pueris adeſt cā neceſſitatis/cri/
men ī ſe faciūt voluptatis Et quis hos aduerſꝰ ven
toſo inflatos tumore vocem queſo in ſublime nō fer
ret . O vtinā illis contingat malum qui bonuȝ dicūt
et nigra ī cādida vertūt qđ a ſatirico īprecat virtutē
videant intabeſcantq; relicta . Prodibunt alii for/
ſitā aſſerētes nulla ꝑperā falſo excerpta ab aliis de
ꝓmpta nulla ante ea pauca nouiter excogitata Qui/
bus rñdeat therētianꝰ ille eunuchi ꝓlogꝰ nullū ē iā
dictū qđ non ſit dictū priꝰ . Eſtq; error velut honeſtꝰ
cū magnis oberrare viris . Et rei cōſilio ſapiēt geſte
dicebat ieronimꝰ plerūq; letꝰ ē exitꝰ . At quis tāte cē
ſebit demētie q̄ ſe īmēſi mellifluā lacteāq; diuīe ſa=
piētie pelagi aquā abſorbuiſſe ī eoq; nō noua ſcatu
rire aſſeuerabit . ꝓdeat obteſtor ī mediū iis īfidiſſīe
mētis frōtoſꝰ hō . Cū igit diuꝰ nī hēricꝰ nitida huius
pelagi vnda velut ībre ſerotino abūdātiſſīe ꝓfuſus
ſit hic nō vſitatū ſȝ oīm vſui merito apponēdū librū
iudicabis . q̄ ſi nōnulla certiſſīa etiā rerū atteſtatio
ne ac ſcdm ſacre ſēſū ſcripture hūili ſīpliciq; excerpſe
rit ſtilo maliuolis etiā viris matutina dñi nō legerit

frōte aliq̄d ſūt frugis allatura. Huius igit̄ tā occu-
lati emūctiq; patris nr̄a tēpeſtate facile p̄ncepis li-
bros oīs tā ſtudioſe legē curem⁹ q̄z ſtudioſe legi me-
rēt. Te igit̄ ſtrēnuiſſimū xp̄i tironē ac īſignitoꝝ ſalu-
tifero crucis ſignaculo fratrū ducū meritiſſimū p̄i-
micerīū patrē q̄ ⁊ ſacraꝝ litteraꝝ es nō īferior ha-
bēd⁹ cultor feruidus ſz ⁊ quarūuis aliarū īpēſiſſime
doct⁹. Per tuā dep̄cor hūanitatē q̄ michi nō tā ob ſā-
guineā/qua vnimur affinitatis cathenā/q̄ ob tuarū
fragrātiū xtutū copiā q̄b⁹ ornat⁹ nō vt īſolēs ⁊ iactā-
ticul⁹ icedis oſtētator/es accept⁹ vt neq; horologii
titulū neq; nomē abhorreas/cui⁹ hāc noſtrā quātu-
lācūq; caſtigationē/ quā tibi q̄ſi primitias quaſdam
ac īgenuarū libamenta artiū dedico/a te p̄tegēdā ve-
lut ſub īgētis vmbra arboris certo arbitror. Nā ſi
feceris/vt precor/⁊ turbulētiſſimos/ſi q̄ forte ꝯmo-
tioris aī mot⁹ ſūt/ad ſctiſſimi ſpūs ſedem reuocaris
nec illū q̄buſuis ſuo a ſtatu artib⁹ dimoueri paſſ⁹ fu-
eris. Certo horologii mirificā intelliges maieſtatē.
Nec mō hērici p̄ſpicaciſſimi auctoris diuinū affectu-
oſiſſ ia volūtate ꝯſiliū laudabis verū ſctīmoniā atq;
pietatē ac ſublimes ex celſi illi⁹ īgenii cogitat⁹ admi-
rabere doctā p̄iter ac deuotā p̄lege lectionē nec tm̄
legas veliſ z īgēti quoq; quodā ocio mediteris. Ni
fallor īuenies vñ maiorē ī modū ſpūali valeas oble-
ctari dulcedīe. Hz ei oīs nr̄a ph̄ia puriſſimū quodā
voluptatis gen⁹ qd̄ p̄fecto cū ignoſcētie iūxeris tūi
vita meli⁹ repies nichil. Nā cū ſapīa diuinaq; pieta-
te res ꝯſtet oīs īcōprehēſibili de illumīato xbo qd̄
de⁹ optim⁹ marie ginit/de ipſi⁹ ī hāc lucē ortu/atro-
ciſſia ꝺ morte quā nr̄i ꝑtulit gr̄a/de ſuſcitatōe ab īn-
feris/ac ꝺ dīnaꝝ ſapīa reꝝ/tū ꝺuotiſſ ie/tū grauiſſie
manifice diſputat legito. Felix ī euū alioſq; vt eli-
gant conſulas. Vale

## Prologus

¶ Incipit prologus in librum qui intitulatur horo-
logium ſapientie editū a beato henrico ſiſo viro ſā-
ctiſſimo ordinis ſacri predicatorum

S Entite de dn̄o in bonitate ⁊ ī ſim-
plicitate cordis q̄rite illum quo-
niam inuenitur ab his qui nō tē-
ptant illum apparet autem eis q̄
fidem habent in illum. Multifa-
rie multiſq; modis olim in primi-
tiua eccleſia electis ſuis diuina
ſapientia apparuit menteſq; eorum ſuo lumine il-
luſtrauit qui ſpiritu feruentes domino ſeruientes
erant in ſanctitate et iuſticia coram ipſo. Miſerat
tunc namq; deus de excelſo ignem in oſſibus eoꝝ
et facta ſunt corda ardore charitatis eſtuantia ve-
hementer. Diffundebatur autem flamma exterius
lucentiū operū et efficacium exemplorum. Siqui-
dem in bonitate et in ſimplicitate cordis dominum
querentes negociorum ſecularium nulla erat eis re-
cordatio ſed ſolum peccata plangere: diuinis inten-
dere: ſe intra ſe cōtinere: corpus ſuum ſpiritui ſubii-
cere ſoliq; eterne ſapientie iugiter adherere ſolici-
tudo et intentio tota fuit. Sed heu modernis tēpo-
ribus mūdo iam ſeneſcente hic amor et feruor diui-
nus in multorum cordibus tantum refriguit. vt pe-
ne ſit extinctus et pauci inueniantur qui deuotio-
ni ſtudeant qui nouam gratiam ſe calefacientē que-
rant qui imbrē lachrimarum auſtro flante perfun-
di gaudeant; qui viſitationis diuine et allocutio-
nis ſuperne gratiam querant; ſed; ſtudio vanitatis

et genealogiis interminatis ac delitiis corporalibus
et promotionibus intendentes letali quodā ſopo-
re tenētur ligati. At vere ſapientia diuina de ſalute
cunctoꝝ ſolicita hec mala per electos ſuos emēda-
re ſemper cupiens in preſēti opere principaliter nō
intendit quidem informare neſcientes eo ꝙ iam re
pleta ſit terra ſcientia domini:ſed re accendere ex-
tinctos frigidos inflāmare:mouere tepidos:inde-
uotos ad deuotionem prouocare ac ſummo negli-
gentie torpentes ad virtutum vigillantiam excita
re dignata eſt. Vñ et preſens opuſculum in viſione
quadam ſub figura cuiuſdā horologii pulcherrimi
roſis ſpecioſiſſimis decorati et cymbaloꝝ bene ſo-
nātium et ſuauem ac celeſtem ſonum reddentium
cunctorūꝙ corda ſurſum mouentiū varietate peror
nati dignata eſt oſtendere clemētia ſaluatoris. Ob
ſecro autem deuotos lectores vt ſermo imperitus
et incultus:etiam ſi barbarum aliquid fortaſſis ſo
nare videatur non depliciat. Non enim multū curo
vicia incurrere artium ſermocinalium dūmodo vi-
cia animorum eo cōmodius poſſim feruida collo-
cutione corrigere et emēdare ve-itates quidē pa-
trum vel ea que comperta ſūt certiſſima atteſtatio
ne rerum ſecundum ſacre ſcripture ſenſum prout
accepi a domino ſimplici ſtillo poſui extra eas nil
ex ꝓpoſito dicendo. Veruntamen quia eedem ma
terie dudū a multis ſubtiliter et luculenter decla-
rate ſunt et pene ex frequenti vſu iam pleriſꝙ ī fa
ſtidiū vertūtur. ideo nō fuit opus ad ſingula queꝙ
auctoritates adducere. Nam ex hoc cōſonātia mo
ſius huius voluminis vtiꝙ intercepta fuiſſet No-



tādū ꝙ locutio iſta ꝗtū ad interrogationē diſcipu
li et reſponſionem ſapientie vel econuerſo:ſolum po
ſita eſt ad feruentiorē modum tradendi. Nec eſt ta
liter accipiēdū quaſi diſcipulus fuerit ille talis de
quo ſapiētia in pſona ꝓpria ſolū intenderit:vel qui
ſapientiam ſolus p̄ceteris tm̄ amauerit:vel cui ſa-
pientia tot et tanta fecerit ſed reuera pro quolibet
ī genere habeatur. Si quidē per modum doctoris
nunc loquit̄ in perſona hoīs perfecti nunc imper-
fecti:nunc in perſona alicuius ꝙ affectuoſe xp̄m di-
ligit:et perfecte in fide et dilectione eū ſibi deſpon
ſat:deinde in perſona peccatoris ꝙ̄ deū pro ſuis ex-
ceſſibus flebiliter exorat. Et ſic diuerſimode ſtillū
vertit:ſm ꝙ tunc materie congruit. Nunc etiā dei
filiū vt deuote aīe ſponſū inducit poſtea eundē tan-
ꝙ̄ eternam ſapientiam viro iuſto deſponſatam ītro
ducit. Viſiones quoꝙ in ſequentibus cōtēte nō ſūt
omnes accipiēde ſecūdū litteram licet multe ad lit
teram contingerit:ſꝫ eſt figurata locutio:ſicut et in
libro regū legimus de nathan ꝓpheta qui miſſus a
dño ad regē dauid parabolice ſub figura diuitis et
peregrini iudiciū ab eo exigit cōtra ſeipſum ꝓpter
peccatū qd in ſeruū ſuū commiſerat. Et de muliere
thecuita ſapiente que ad regem intrans in perſona
aliena vꝫ duoꝝ filioꝝ ſuoꝝ animū regis ad clemen-
tiam flectebat. Angelus quoꝙ ad thobiā miſſus et
ab eo requiſitus qs eſſet reſpondit ſe ananiam aza-
rie magni filiū eſſe que omnia non quidem ad litte
ram ſed ſcd̄m ſua ſignificata vera fuerunt. Sic et
predicator egregius paulus diſcipulorum ſuorum
pſonā induerat cū eos culpando dicebat. Ego qdē

ſum pauli ego autem apollo. Nõne homines eſtis:
Et paulo poſt. Hoc inquit fratres transfiguraui in
me et appollo ꝓpter vos vt in nobis diſcatis Porꝛo
ro huius figurate locutionis occulta myſteria dili
gens lector faciliter poterit aduertere. ſi tamen ſo
lertem curã ſtudureit adhibere. oro autem et ſup-
plico bonitatẽ ei⁹ imẽſam qui me hunc laborẽ ſuo
et amore ſubire coegit de ipſius pietate cõfidẽs vt
quia facultatẽ meam negociũ hoc excedere cogno
ſcit ipſe defectũ meũ in cordibus piorum hic legere
volẽtium ſuppleat hoc modo. vt omnis qui preſẽs
opuſculũ cum ſincera intentione perlegerit vel au
dierit hauſtum alicuius deuotionis vel aliquã no
uam diuinitus collatam gratiã ĩde reportare mere
atur Sane imperfectũ meum tam ſcie q̃ vite reco
gnoſcens vobis patri filioꝝ amabili. Hugoni mgr̃o
ordinis p̃dicatoꝝ venerabili hoc opus trãſmittere
curaui qui et auctoritate ceteros precellitis et ho-
nore magiſterii theologice ſcientie polletis ⁊ q̃ his
maius eſt lumine quoq̄ eterne ſapientie ac donis
ſpiritualibus preditus eſtis vt lr̃e veſtre exortato-
rie ſatis declarant quibus filios dilectos admoni
tione q̃ſna ad pacẽ et fraternã charitatẽ ad rigorẽ
diſciplind et feruorẽ deuotionis ad cõformitatem
ieſu xp̃i ac oĩꝫ virtutũ perfectionẽ tanta ſolicitudi-
ne excitaſtis nec his cõtentus ſed de multoꝝ quoq̄
ſalute ſolicitus miſeros quoſq̄ huius mundi ſecta
tores vt hunc mundũ fugitiuum ac fallacẽ deſerãt
et ad verã et eternã ſapientiam veniãt inuitari ver
bo et exẽplo ꝑ eoſdẽ procuratis. Uos ergo pater
reuerendiſſime manũ peritã apponite et guſtu iter



nõ ꝓut oꝫ ĩ talibus diſcernite ſi q̃d plus vel ſi q̃d mi
nus. ⁊ q̃ diuina ſapiẽtia inſpirauerit pro gloria ſua
et vtilitate proximoꝝ faciatis. Michi quoq̄ filioꝝ
veſtroꝝ deũ amantiũ viliſſimo veniã de defectibus
hic repertis cõcedatis: nec p̃ſumptioni hoc factum
aſcribite: ſed dei emulationi imo ſuperne inſpirato
ni: que vt teſtis eſt michi deus me die noctuq̄ quie
ſcere nõ permiſit nec eius coactioni acquieui Sed
vtrũ bene vos probate. qui vnctionem a ſancto ſpi
ritu habetis Sciendũ q̃ colloq̃ũ iſtud inter ſapien-
tiã et diſcipulum / hoc mõ initiũ et occaſionem ha-
buit Nam dum quadam vice poſt matuti. ĩdẽ diſci-
pulus ſimilitudinem ꝓceſſionis illius amariſſime
quam xp̃s cõdẽnatus fecit dũ añ locũ paſſionis du
ceretur more ſolito expleuiſſet. et in ambone ante
crucifixũ animoq̄ dolẽti cõquereretur crucifixo q̃
affectũ tã feruidũ ad ſuam paſſionem ꝓut dignum
eſſet non haberet ſꝫ nec hactenus habuiſſet ſtatim
quaſi ĩ extaſi poſitus lumine quodã celeſti illuſtra
tus et eius mentalibus oculis centũ meditationes
ſeu cõſiderationes ſue paſſionis oſtenduntur ſibiq̄
dicitur q̃ oĩ die debeat has centum meditationes
cum cẽtũ veniis deuota meditatione tranſcurrere ⁊
totidem petitiones adiungere ac ſe xp̃o paſſo ſpiri
tualiter quantũ poſſibile eſt in eiſdem conformare
quas tñ hic cã breuitatis explicite ponere obmiſi
ſed deuotis ꝑſonis doctis et ĩdoctis ĩ noſtro vulga
ri vꝫ theotonico fidelir̃ cõmunicaui Igit diſcipul⁹
q̃ añ fuerat affectu cõpaſſiõis dur⁹ cepit ꝑ cõtinuũ
eiuſdẽ meditatiõis vſũ ad tãte mẽoriã paſſiõis mol
leſcere ⁊ diuerſas eo modo prout in ſequentib⁹ ap-
parebit illuminationes habere. Dum autem predi-

eta prout doctus fuerat ſcribere incōbaſſet et exa-
minatrix bonoꝝ aduerſitas eum acceptis retrahe-
re temperet: xp̄s ei inuiſſione aſtitit in forma qua-
ſi iam de columna in qua flagellatus fuit deſcēdēs
et ſua vulnera recenta ac cruentata eum contrecta-
ri permittens aduerſitatis illius vulnera ſanauit, ⁊
ad peficiendum incoata animauit. Notandum quo
qꝫ originale huius operis ceteris temporibus ⁊ nō
in preſentia magne gratie conſcriptum fuit Nō enī
p̄dictus diſcipulus noīe et pſona in hoc opere igno
tus videbatur ibidē habere modū agētis: ſed modū
q̄dam diuina patientis Nā cū animo neſciret quid
ſcribere deberet per reuelationes ſpirituales ha-
buit et quādo ſcribere debuit et pene ſingulas ma
terias quas ſcripſit. Porro extra hoc temp⁹ ſi q̄d
quaſi ad ſe dictaſſet vł aliunde collegiſſet: aut eſſet
ex ſe ſcripſiſſe voluiſſet et predictis appoſuiſſet. tā
inſipidū reddebatur et ineptū fiebat vt ſi quis ſapo
res aut calores cōtrarios ī vnū coniungere niteret
Et cum ea que data erant ad tabulā cōcepiſſet ad
ſe reuerſus ſtudioſe rimatus eſt vt nichil in his eēt
quod a dictis ſāctorum patrū diſcreparet: ſꝫ hoc q̄
diuina ſapientia tradente ſibi per ſpiritualem illu-
ſtrationē infundebatur auctoritate ſacre ſcriptu-
re diuinitus ſanctis inſpirate fulciretur cum idem
in ſenſu aut etiam in verbis vel certe ſiļe repiretur
eſſe Poſt completum vero huius operis laborem
dū timore quodam humano teneretur ne ab emu-
lis qui nūc q̄qꝫ ſicut olim inuidia ſtimulante facta
quoqꝫ lꝫ bona deprauare aut penitus anullare nōn
de iſtūt diuina chariſmata appellātes ſuperſtitioſa



figmēta et ſanctas reuelationes fantaſticas dece-
ptiones ſctōꝝq̄ꝫ geſta patrū dicunt narratoriuꝫ fa
buloſum. tanqꝫ hoīes q̄ non guſtauerunt ea que ſūt
ſpūs ſācti. ipſi vero ſolūmodo ſuas adinuentiones
topicas vel ꝓpoſitiones dubias ſequuntur tanq̄ de
mōſtrationes certas: ⁊ lꝫ in p̄dictis diligēs cautela
ſit adhibenda non tamen ſpernēda ſunt vſqꝫ quaqꝫ
timens ergo ne iſtud quoqꝫ opus piū coꝝ dentibus
laceraretur cogitauit ip̄m occultare ac ēt penitus
ſupprimere q̄d ne fieret diuina ſapiētia p aptiſſima
ſigna et pulchras reuelationes oīno ꝓhibuit. Sꝫ ⁊
btā vgō cū filio ſuo cuidā pſone apparēs hec eadē
oībus deū diligētib⁹ cōicari precepit

¶ Incipiūt capitula primi libri horologii ſapiētie

Materia primi huius libri eſt chriſti paſſio
precioſiſſima que de ſe ad amorem feruī-
dum multū eſt motiua qualiter verus ſa
pientie diſcipulus in ſuis actibus ſe eidē debeat cō
formare. his interſeruntur quedaꝫ materie cōmu-
nes et motiue ad propoſitū pertinentes

Qualiter quidā electi et diuina gratia preuenti ad
deum mirabiliter trahuntur. et ſpiritualiter quō
quidā iuuenis fuerit tractus. c. i.

Quō xp̄i paſſio ſit preambula ad cognitionē diuini
tatis. ⁊ qualem formā xp̄s cōtraxerit ex acerbitate
ſue paſſionis. c. 2.

De q̄buſdā xp̄i paſſionibus et qualiter verus ama
tor debet eiſdem cōformare ⁊ qualiter deus p talē
mortem voluit genus humanum redimere .c. 3.

Qualiter anima que ſponſum propter peccatū per
diderat ipſum ſub cruce per feruidam penitentiaꝫ

inuenit xp̄i paſſioni adiuncta. .c.4.
Planctus ſuper extincto feruore deuotionis in di
uerſis perſonis in vtriuſq; ſexus modernis tēporib⁹
quos xp̄s p ſuā paſſionē reuocat ad vex amorē.c.5
Qualiter ſit diuina ſpōſa eterna ſapiētia et de qua
litate amoris ipſius. .c.6
Q̄d diuīa ſapiētia amabilis ſit pr̄ ꝛ teribilis.c.7.
De viciſſitudine diuine viſitationis et qualiter aīa
dꝫ ſe tunc tenere. .c.8.
Quare diuina ſapientia ſuos caros in hoc modo p
mittit tam multipliciter tribulari .c.9.
De cruciatibus infernalibus .10.
De gaudiis ſuper celeſtibus .c.11.
Determinatio quarumdam obiectionum que ī pre
cedentibus ſunt omiſſe. .c.12
Quā vtile ſit ſeruo dei in hoc mundo multas ſuſtī
nere tribulationes .c.13.
Quā vtile ſit paſſionē xp̄i iugit̄ hr̄e ī meōria.c.14.
Quō ver⁹ diſcipul⁹ xp̄i ſe dꝫ conſignare paſſionib⁹
ipſius .c.15.
Cōmēdatio ſingularis btē v̄ginis et de dolore ei⁹
inextimabili quē habuit in paſſione filii .c.16.

¶ Incipit primus liber horologii ſapientie. Qua
liter quidā electi et diuina gratia preuenti ad dei
mirabiliter trahūt et ſpecialiter quodāmodo qui
dam iuuenis fuit tractus. .c.1.

Hanc amaui ꝛ exq̄ſiui a iuuentute mea et q̄
ſiui michi ſponſem aſſumere. Erat quidā
iuuenis deo deuotus qui dum in primeue
iuuētutis flore ſeculi vanitatibus īplicari cepiſſet
ꝛ p labētia mūdi oblectamēta defluēt atq; ī regio



nē diſſimilitudinis a ſtatu proprie ſalutis oberrare
vellet diuina miſerāte clementia modo quodam in
effabili illuſtrato et per blanda pariter ꝛ aſpera tra
ctus tandē ad ſemitas veritatis per amorē ſapien
tie mirabiliter reducit. Cum. n. iuuenis preſentat⁹
adhuc puerulus et nouiti⁹ necdū amori apt⁹ quā
dā vice ad legendum in biblia ſe cōtuliſſet; occurre
runt inter alia quedam verba ad amorē ſapientie ī
uitantia. quibus valde delectat⁹ ceteris omnib⁹ pre
termiſſis ad cedulam quandam prout potuit puer
īgenioſi⁹ predicta verba tranſcripſit Poſt hec dum
frequenter lectioni menſe intereſſet. audiuit ibidē
qualiter diuina ſapientia veluti delicata ſponſa et
dilecta amica. ſe omnibus exhibet ad amandū. Cuꝫ
q; proceſſu tēporis aliqualit̄ creuiſſet. cepit habere
cor valde amoroſum: ſed quo vel ad quem finē hunc
amorē flecteret quidue amor eſſet nondum ſciebat.
Igitur dum crebri⁹ preconiū tante ſponſe diuine ſa
pientie audiret legē dicentis. Melior eſt ſapientia
cunctis opibus precioſiſſimis et omne deſiderabile
non pōt ei comparari: longitudo dierum in dextera
eius: et in ſiniſtra eius diuitie et gloria lignum vite
eſt his qui apprehenderunt eā, et qui tenuerit eam
beatus. Ne dimittas eam et cuſtodiet te: dilige eaꝫ
et ſeruabit te. Arripe illam et exaltabit te glorifica
beris ab ea dū eā fueris āplexat⁹ Dic ſapiētie ſoror
mea es. et prudentiam voca amicam tuam. Ex
his anim⁹ puerilis mot⁹ cepit gratiā ꝯcipere ad hāc
diuinā ſpōſā ꝛ eā diligere vehemēt̄. Ei⁹ aūt dilectio
adhuc puerilis erat qr̄ p̄ dicta ſpūalr̄ ꝑut oportuit
ītelliger̄ neq̄bat. Nec tā ī h⁹ amore ꝗcq̄ꝫ mat̄iale āt
īpurū ītēdebat ſꝫ ī quēdā modū abſtractiuuꝫ dulciſ

amoꝛoſuꝫ:nō pure diuinū nec plene humanum hec
omnia trahebat.et hac dilectione miro et ineffabi-
li modo diuinitꝰ pꝛofundebatur.et trahebatur quo
dam dulciſſimo ſapoꝛe et guſtu interno. Cepit autē
cogitare hic iuuenis apud ſe dicens. O ꝙ multa bo
na audio de hac pꝛeclariſſima ſponſa. Igitur quare
diſſimulas. Quamobꝛem non pꝛobas:vtrum eā ti-
bi amicam habere valeas. O ꝙ beatus eſſes. ſi hāc
in ſponſam habere poſſes. Juuenis quippe es ⁊ a-
moꝛi aptus:et nequāq̄ꝫ coꝛ tam viuidum poterit eē
ſolitarium et amoꝛe pꝛiuatum. Altera quoqꝫ die cū
lectoꝛ menſe libꝛos ſapientiales legeret:audiuit cō
mēdari ſapientiam in hunc modum. Sapientia eſt
ſponſioꝛ ſole et ſuper omnē diſpoſitionem ſtellarum
luci cōparata inuenitur pꝛioꝛ. Hanc amaui et exqui
ſiui a iuuētute mea:et queſiui michi ſponſam aſſu-
mere:⁊ amatoꝛ factꝰ ſum foꝛme illius. habebo pꝛo-
pter hāc claritatem ad turbas.et honoꝛem apud ſe
nioꝛes. habebo pꝛopter hanc immoꝛtalitatem:⁊ me
moꝛiā eternam his qui futuri ſunt poſt me relinq̄ꝫ.
Intrans in domum meā conquieſcam cuꝫ illa. Non
enim habet amaritudinē conuerſatio illiꝰ nec tediū
cōuictꝰ illius:ſed leticiam et gaudium In amicitia
illius delectatio bona. Si doꝛmieris non timebis q̄
eſces et ſuauis erit ſomnus tuus. Dominus ei erit
in latere tuo:et cuſtodiet te. His itaqꝫ auditis iuue
nis cepit extuare eiꝰ ī amoꝛe dicebatqꝫ ītra ſe. Cer
te ſi oēs terras luſtraueris:huic ſimilem in gratus
inuenire nō poteris. factum eſt auteꝫ vt incenſoꝛ ma
loꝛū humani generis inimicus pꝛofectui eius inui-
dens:cogitationes his cōtrarias īmittent.d. O ſtul



tevis amare incognitū:vis deſponſare inuiſſi. Me-
lioꝛ eſt pugillꝰ in poſſeſſione vtraqꝫ manus plena in
expectatione. Et enī qui in excelſis rupibus domi-
cilii ſibi collocant.et in amicitia ſua alte nidificant
nimis ſepius ſepe q̄ꝫ re exultant.quia ventum ī hoꝛ
reum ſuū pꝛo paſtu congregant. Nonne melius eſſꝫ
de lignea teſta bibere ad ſufficientiā:q̄ꝫ de cypho au
reo ſuſtinere potus inopiā. Si quidē hec ſponſa ꝑ
oīa amabilis eſſet:ſi delitias coꝛpoꝛales nō pꝛohibe
ret.ſi ad libitū cōuiuari et epulari permitteret.nūc
aūt ita eſt:vt omnia que ſūt coꝛpoꝛi delectabilia eiꝰ
doctrine videantur eſſe contraria. Ipſa namqꝫ dicit
Qui amat vinū et pinguia:non erit ſapiens. Itē qꝛ
paululū doꝛmies et paululum doꝛmitabis et pau-
lulum cōſeres manus. Animaduerte nunc ſi eſt ſuꝑ
terrā ſponſa tam crudelis qui hoc faciat:vt tot du-
riſſimas leges ſuis amatoꝛibꝰ imponat. Ad hec ⁊ ſi
milia cogitationum tēperamenta quidam ſapiētie
guſtus ei intrinſecus ſic rn̄debat. O amande adole
ſcens reſpice amoꝛoſos coꝛde:qꝺ omnium amantiū
pꝛopꝛium eſt ob amoꝛis gratiam diuerſa ſuſtinere:
qꝛ quot in littoꝛe conche tot ſunt in amoꝛe doloꝛes.
Si ergo ita ē.nonne iuſtiſſimuꝫ eſt vt et iſte amatoꝛ
qui tam ſublimen tamqꝫ decoꝛam ac omnibus gra-
tiis incōparabiliter decoꝛatam et peroꝛnatam ſibi
pꝛiuilegio ſpirituali vendicat ſponſam aduerſa pa-
tiatur:immo certe incōparabiliter eo plura exani-
mo ſuſtinere debet quāto obiectū magis delicatum
laboꝛis ſui pꝛemiū habet. Reuolue īnumera et ſtu-
penda que legiſti et audiuiſti que pꝛoh pudoꝛ huiꝰ
mundi āmatoꝛes ex amoꝛe vaniſſimo ſuſtinuerunt.

Nonne ingemiſcebas cum ad noticiam tuā perue-
nit iuuenē quendam tibi notum intantum fuiſſe fa
ſcinatum: et ob amorem vnius puelle ferrum quod-
dam carni ſue infixum portaret. O ſtupenda virtus
amoris. O quot ſūt ꝛ fuerunt qui et res et corpus ꝛ
honorem ac animā immortalem diſcrimini dederūt
et periculis innumeris ſe expoſuerūt amore ligati
vel potiꝰ excecati et illi qđē vt corruptibilem coro-
nam et terrenam mercedem reciperent. tu autem in-
corruptā. Audi fili mi ꝛ accipe cōſiliū et intellectū
et ne abiicias cōſiliū meū. Iunge pedem tuū in cō
pedes illiꝰ ꝛ in torquē illiꝰ coſilium tuum. Subiice
humerum tuū et porta illā ꝛ ne accideris in vincu-
lis eiꝰ. In nouiſſimis .n. inuenies requiem in ea ꝛ cō
uertetur tibi in oblectationem: et erunt tibi compe
des illius in protectionē fortitudīs et baſes virtu-
tis et torques illiꝰ in ſtollam glorie Decor .n. vite ē
in illa. et vincula illius alligatura ſalutaris. Stol-
lā glorie indues eam. et coronā gratulationis ſuper
pones tibi. Modicū laborabis et inuenies tibi mul
tam requiem. Vinum et muſica letificant cor et ſu-
per vtrumqꝫ dilectio ſapientie. illiꝰ ergo perſuaſiōe
non deſiſte. ſed procede et te ī amicitiam illiꝰ ex cor
de coniunge. Talibus igitur et ſimilibꝰ recreatꝰ cō
ſolationibus in ſctō propoſito confirmabatur. Qua
dā vice cum ſubtiliſſimis argumentationibꝰ ad a-
morē mundi et dei deſtionē vrgeretur cor eiꝰ amo-
ris īpatiens ſemetipſū corā deo fundebat et talia q̄
rula voce preſtabat. Diſcipulus. O felix amator q̄
de prope īuenit vbi ſuꝰ amor conquieſcat. Nā ſi qs
amat quod amare iuuat feliciter ardet. Sed proh



dolor me infelicem qui fructu amoris ac mercede
deſiderata careo dū per pctā mundi climata tanto
cordis amore correſpōdētē nō inuenio. Dedi cōſiliū
animo inquieto vt ab amore deſiſtent et ſe ad ſectā
epycureorū transferret. quietē carnis amaret Ecce
inquit q̄ feliciter nunc tēporis arietes pingues et
oues paſcuales in pratis virentibus ꝛ paſcuis vber
rimus paſcuntur dicentes non qđē verbo ſed facto
demonſtrantes ꝙ gaudia ſint ſtomaci ſup oīa gau-
dia mundi. Tu autem cum amore tuo macie atte-
nuaris per ſingulos dies dum quod queris nō īue-
nis. nec de inuentis cōtentaris. Audi igitur cōſiliū
ſapientis. Sufficit inquiri tibi lac caprarum ī viſū
ancillarum tuarum. Et iterum. Melius eſt videre
quod cupias q̄ deſiderare quod neſcias. Vel ſi ti-
bi magna placet amare et amore tuo ſydereas affe
ctas tāgere ſedes/ ſaltem hoc facias vt tibi nichilo
minus hincinde prouideas quibus per amorem te
coniungas que tediū pellāt ꝛ cordi gaudia cōferāt
Ecce quot amatores hoc tēpore reperiuntur qui ꝛ
diuina petūt et tranſitoria per amorem non deſe-
runt volentes a te diligas et tamen nolentes ab a
more carnali ſeparari Vade ergo et tu fac ſimiliter
Hec inq̄ diſcipulus intra ſe latenter et quaſi fur-
tiue pertractās tale a ſūma ſapientia intellexit re-
ſponſū. Sapientia. Errant valde qui celebres epu-
latores et antique ſecte dudum reprobate nouos ſe
ctatores qui curam carnis in deſiderio peragūt dū
quottidie ſplendide viuunt arbitrantur felicitate
gaudere niſi forte pecorum felicitate glorientur q̄
pecoribus diſſimiles nō ſint. At vero hoīs rationa

lis mens generoſa cognitione et amore ſurſum elle
uata illic longe altius perfectiuſqꝫ felicitatis vbi
ſuo amato cõtemplatione et amore perfectione cõ
iungitur. Nec obſtat ſi hoc quod deſideratur inter
dum partius conceditur quia modicũ de balſamo
precioſius eſt ꝙ multũ de aceto. Melior eſt .n. race
mus effraim vindemiis abicer. Porro nimiũ delirat
qui amori diuino ſocium ſociare deſiderat. E tduo
amores trahere ſe in vnum non cõpatiuntur Quõ
ergo celeleſtis amator cũ terreno ſociabitur. Pror
ſus impoſſibilia attemptat. qui tantã maieſtatẽ cũ
vilitate tanta copulare ſe putat. Talium igitur co
gitationũ diuerſa certamina animus predicti iuue
nis longo tempore ſuſtinuit. ⁊ nunc huc nunc illuc
flexibilis mouebatur. Dum hec agerentur accidit
vt hec vel ſimilia iterum legerentur. Inueni amario
rem morte mulierẽ que laqueus venatorum eſt ⁊ ſa
gena cor eius vincula manus illius. Qui placet deo
effugiet eã qui autem peccator ẽ capietur ab illa.
Econtrario autem de ſponſa diuina. Ego ĩquit qua
ſi terebintus extendi ramos meos. et rami mei ho
noris et gratie. Quaſi libanus nõ inciſus vaporaui
habitationem meam; ⁊ quaſi balſamum non mixtũ
odor meus. Qui me ĩuenerit inueniet pacẽ. et hau
riet ſalutem a domino. His auditis iuuenis quodã
interno clamore quaſi ꝑ nimio affcũ rugiebat Verũ
eſt. nec eſt aliud quod verius dici poſſit. ex nunc fi
xum et deliberatum apud me eſt. ego certe meipſũ
morti exponam. vt hanc michi in amicam et ſponſã
acquirã Ipſa ſpõſa et ego eius ſeruulus ipſa magi
ſtra ⁊ ego eiꝰ diſcipulꝰ. O ſi hanc predilectam ſpon



ſam alloqui michi liceret Vtinã ſola vice daretur
ipſam videre. A deus eterne que vel qualis eſt iſta
de qua audio talia Cumqꝫ vehementer hic ſcire cu
peret et pre deſiderio eſtuaret; ecce agnitio quedã
ineffabilis affuit in qua ſibi hic ſponſa taliter mani
feſtata fuit. Eximii nanqꝫ atqꝫ miri decoris thronꝰ
eburneus in colũna nubis apparuit. in qua predi
cta ſponſa nimium formoſa refulſit in ueſtitu deau
rato circumamicta varietate. Eiꝰ corona fuit eter
nitas amictus iocũda felicitas; verba eius dulcis
ſuauitas amplexus omnis boni perfecta ſocietas
Cumqꝫ diſcipulus iam familiariter alloqui vellet;
ſatis prope eſſe videbatur paulo poſt remotiſſime
diſtare cernebatur Iam ſupra conuexũ celi ſuppre
mi ſtatura ſua pertingebat; nunc minima quantita
te apparebat; et in ſe immobilis exiſtens omnibus
mobilibus mobilior videbatur. Preſens erat nec
tamen cernebatur apprehendi ſe permittebat nec
tamen cõprehendebatur Ipſa attĩgebat a fine vſqꝫ
ad finem fortiter. et diſpenebat omnia ſuauiter.
Cum iam putabatur haberi velut delicata iuuẽcu
la ſubito vt iuuenis pulcherrimus inueniebatur.
Interdum quoqꝫ vultum reuerendiſſimum quaſi
omnium artium magiſtra eſſet induebat. et vultu
roſeo apparebat. Inter hec dum diſcipulus obnixe
aſpiceret cupiduſqꝫ amoris ĩ ſuſpẽſo haberetur ip
ſa amicabiliter quaſi inclinando ſe ad eum conuer
tit et gratioſo vultu blandiſqꝫ ac ridentibus oculis
diuiniſſima tamen ad modum cunctis mẽtibus ſtu
pẽda luce ex vultu eiꝰ reuerẽdiſſĩo ꝓcedẽte eũ ſalu
tauit dicẽs. Prebe fili cor tuũ m. Quo audito ꝓ ni

mia amoris dulcedine liqueſcens et quaſi in extaſi
poſitus ad pedes eius procidit gratis agens eius
preſentia magnifice delectatus. Procedente tem-
pore cum hic a memoria excidiſſent et rurſum cogi
tationes inique ſuccreſcentes eū de benefactis mo
leſtarent ita vt iam pellagi fluctibus pene mergere
tur maxime propter hoc ꝙ ex oībus iſtis deſcripti
onibus ipſum quem diligebat cōprehendere nequi
bat cōtigit vt legeret apoſtolus paulus qui predi
cta euidenter determinabat Aiebat namqꝫ xp̄m dei
virtutem et dei ſapientiā eſſe et in ipſo eſſe abſcon
ditos oēs theſauros ſapientie et ſcientie dei. Que
verba tenero et palato nōdū ſano non bene ſapie-
bant qꝛ xp̄m ſapienter diligere id eſt ſecūdū diuini
tatem adhuc neſciebat magis que preſentia ꝙ fu-
tura in ſuo amore querebat. Tandem puerilibus
annis excurſis cum ad etatē maturam veniſſet qua
dam vice mens eius ineffabiliter illuſtratur ita vt
totus quodāmodo abſortus in ſpiritu delectatione
nimia repleretur Et tunc de predictis pleniſſime in
formatus fuit ita vt facies eius et cordis amor am
plius in diuerſa non mutaretur. In hac viſione nō
apparuit corpus nec quicꝙ corporeū et tamen om
nem delectationem poſſibilem in quod videbatur
incorporaliter et ſuper eſſentialiter in ſe contine-
bat. In hoc fontali pricipio nec forma erat nec ma
teria aut imago depicta ſed pura et ſimpliciſſima
eſſentia cum perſonarum diſtinctione perfecta.
Sane ipſum per eſſentiam ꝓut in ſe eſt p̄dcā abſtra
ctione non vidit ſed ſolū quandam ſuperlucentiū
radiorum emanationē ſupernaturalē. quā verbis





exprimere non valebat. in ſe percepit. Porro obie-
ctū illud melliffluum omnis boni contentiuum ſibi
hac vice monſtratū non fuit: nec perſona patris tan
tū vel ſolum pſona filii aut ſpiritusſancti: nec fuit ip
ſa diuinitas in ſua abſtractiſſima ſimplicitate acce-
pta. ſed fuit ipſa eſſentia diuina ſecundū noſtrū mo
dum intelligendi accepta prout eſt ſummum et ief
fabile bonū ſumme pulchrum ac delitioſū ac omniū
bonorū in creaturis reparatoꝝ originale principiū
ſuper optimū, ⁊ hoc intellexit eſſe predictam ſpōſā
eternā ſapientiā. Uerum licet q̄libet pſōa p ſe acce-
pta. ſit ſapientia et omnes perſone ſimul vna eter-
na ſapientia tñ quia ſapientia attribuitur filio ⁊ qꝛ
ratione generationis ſibi conuenit: ideo dictum pa-
tris filium ſub eodē ſignificato conſuetudinaliter
accepit: nunc quidē vt deum deinde vt hominem vt
in vtroqꝫ pariter deuotionis exercitia et amoris ſo-
latia inueniret. Poſtmodū igitur huius diſcipuli
vita. et exercitia ſpūalia cum deuota occupatione
huius diuiniſſime ſponſe decurrebant. Quicquid
enim amabili ſiue pulchrum vel delectabile iocūdū
occurriſſet: totum in illud reducebat a quo bona cū
cta procedunt. Cum interdum quelibet ſpecies a-
mabilis et bene cuncta occurriſſet ſimulqꝫ cogita-
tio adeſſet ꝙ ſaltem hec pulchritudo in ſua amabi-
li ſapientia non haberet locum reſpondebat. Eſto ſꝫ
nec luminoſus ſolaris et ad ius eſt lumen tale ꝙ ſit
ex materia cere vel quouis alio liquore confectum
eſt tamen lux purior et excellentior omni lumine ex
quacumqꝫ materia facto. Sic eſt in propoſito. Naꝫ
hec pulchritudo nichil eſt ad hoc quod eſt in ſuo ex

emplari principio nõ materiali ſed diuino. Abſtra-
cto namq; ab hoc amabili quicq̄d eſt imperfectio-
nis materialitatis ⁊ fetulentie corporalis et ſaluo
quod eſt ꝑfectionis et bonitatis: hoc totum nobi-
liori et eminentiori modo eſt in eterna ſapientia q̄z
ſit in hac vel in aliqua creatura. Ex his et ſimilib⁹
adoleſcens predictus ad hoc tandē peruenit vt q̄n
cūq; audiuit cantilenas amoroſas vel his ſimilia ꝙ
hec oīa ad ſuam quam diligebat ſapientiam puriſ-
ſimo cordis affectu tanq̄ꝫ amoris ipſius incitamen/
tū retorquebat. O quotiens hanc predulciſſimam
cordis ſui ſingularē amicam affectu feruidiſſio ocu
lis dulci amoris fletu ſtillātibus brachiiſq; amoris
pre auiditate extēſis intra cordis viſcera amplexi/
bus inenarrabilib⁹ conſtrinxit. Quis dicere valeat
amoroſos obtutus quib⁹ ſepius ab ea paſcebat ⁊ ſe
creta ſilentia quorū dulciſſimo guſtu ei⁹ fruebatur
preſentia. Interdum quoq; cum aliqui de fratrib⁹
dicta nona licentiā peterent vt ciuitatem gratia vi
ſitandi amicos intrare poſſent prefatus iuuenis ſe
cretū locū petiit et amicā ſuam alloqui cepit dicēs
Eya amoris magiſtra pre cūctis viſceroſe cordi meo
impreſſa: animaduerte ꝙ amor virt⁹ eſt viſiua copu
lans vel potius transformās amantem in amatum
Eya queſo veni tu amica mea veni intra cordis mei
recluſorium tibi ſoli reſeruatum amore tuo velut
decore roſeo adornatuꝫ. Ueni inq̄ꝫ et ibi inebriemur
cōſolationis tue vberibus: ⁊ fruamur cupitis am-
plexibus. Igitur ex his et ſimilibus frequenter ac/
cidit vt cor ſuum pre amoris vehementia ſenſibili-
ter quodammodo ferueret inciperet; ⁊ motu ac pul/



ſu vehementiſſimo vim amoris ꝓderet et ꝑ alta ſu
ſpiria ardorē ignite charitatis prodiret. Et quem
admodum infantulus nondum loquele aptus ī gre
mium matris poſitus matri letabunde arridere cu
pit et motu capitis ac geſtu toti⁹ corporis applau
dere nititur ſic et cor iſtius in medio ventris ei⁹ ad
pñtiam tante maieſtatis quodāmodo geſtiēdo exul
tabat. et deſiderio ſuo ignito vehemēter prout po-
terat dilecti ſui preſentiam demonſtrabat. dicebat-
q; verbis mentalibus ad ſponſam ſuam diuinam ſa
pientiam voce gratulabunda. Tu cordis mei nobi/
liſſima imperatrix regina ſpecioſiſſima et omnium
gratiarum largitrix. In te habeo diuitias et gloriā
et delitias et oīm bonorum copiam et quicquid op
tabile eſt ꝑ te michi eſt. Et hic ſuauiter ruminans
ſtatim cepit vultus eius hilareſcere; cor iubilare; a-
nimus exultare et pre exultatione prorumpere in
hanc vocem. Super ſalutem et omnem pulchritu-
dinem dilexi ſapientiam et propoſui pro luce habe/
re illam. Uenerunt michi omnia bona pariter cum
illa.

¶ Quomodo chriſti paſſio ſit preambula ad co-
gnitionem diuinitatis; et qualem formam chriſtus
contraxerit ex acerbitate ſue paſſionis

Interea dum hec agerentur diſcipulus aſ-
ſumpta ad deum fiducia ſuam quam de-
ſponſauerat amicam taliter alloquitur di/
cens. O amantiſſima ſapiētia que ſola perfecte no
ſti cordis naturam amoroſi: tu manifeſte ſcis ꝙ ne-
mo poſſit amare īcognitum. Igit ex quo reqris vt
te ſolū diligā ⁊ dilectū cūctis amabilem reddam. da

ergo te michi amplius cognoſcere vt que iubes et
doces melius valeam adimplere. Sapientia. Pro-
ceſſus emanationis creaturarū a ſummo rerū car/
dine deo ſcdm ordinē nature fit per deſcenſum ex p
fectioribus ad īperfectiora. qr omnes rerum perfe/
ctiones quodā ordine a ſummo rerū creatore ne deo
deſcendunt. Ipſe aūt homo naturaliter ab inferio-
ribus incipiens et gradatim aſcendens in diuinarū
proficit cognitionē rerū. Unde ſi ad diuinitatis co-
gnitionē peruenire deſideras: reſtat vt p aſſumptā
humanitatē et humanitatis paſſionem tanq̄ p viā
regiā gradatī aſcēdere ad altiora diſcas. Di. O ete-
na ſapientia que de excelſo throno a regalibus ſedi
bus de corde eterni patris in hanc vallem miſerie te
inclinaſti et triginta tribus annis exilium hui⁹ mū/
di pertuliſti quicꝫ nimiā charitatē tuā qua genus
humanum dilexiſti per amariſſime paſſionis ⁊ mor
tis tue myſterium oſtendere voluiſti: per hanc mor/
tis tue ineffabilē charitatem te obſecro ex intimis
viſcerib⁹. quatenus te michi oſtendere digneris in
forma et diſpoſitione amantiſſima quam ex ama-
riſſime paſſionis tue dolore contraxiſti. Sapientia
Quanto ex magnitudine amoris et doloris in mor/
te pallens offuſcatiōe quadā mortifera appareo de
formior: tanto cordi amoroſo et menti bene diſpoſi/
te ero amabilior. Nam ſicut amans naturaliter rea
mari appetit: ſic et ab amato amoris ſui manifeſta/
tionem requirit; quia amor incluſus nulli niſi amā-
ti eſt cognitus. Unde amantes conſueuerunt cona-
tibus quibus poſſunt ſigna et indicia dilectiōis ab
amatis expetere, et plerumcꝫ contingit q̄ tacēte li/



gua vim amoris incluſi depoſitio prodit ſuperindu
ta et quid lateat in corde ſigna pronunciant exterio
ra. Nonnunq̄ꝫ etiam contingit q̄ illud quod ī ama/
to indecorum iudicatur. id amantes tanq̄ ſingu-
lariter decorum extollant. Diſcipulus. In amo-
re quidem huiuſmodi vt aſſeris ita eſſe veracit̄ co-
gnoſco: ſed quō in homine crucifixo hoc eſſe poſſit
nondum clare video quia licet in amato huiuſmo-
di nonnunq̄ inueniatur quo etiā amanti diſpliceat.
ſunt tamen alia plura amori congrua que videntē
delectant. Hic aūt dilectus dolore mortis deforma
tus quō amabilis videri poſſit non intelligo cuius
nimirum amori cōtraria magis videatur diſpoſitio
cū totus ex liuore ſordeat interius exteriuſcꝫ mar-
ceſcat ex dolore necꝫ ſpēm necꝫ decori vllum oculis
amantium exhibeat ſed plenus dolore et miſeriis
exiſtat. Quō ergo tu dicis amabilē quem euiden-
tia facti oſtēdit mirabilem. Sapientia. Ueri amato
res non multum de ſpina que roſam gignit curant
dūmodo roſam habeann quam habere deſiderant.
Nec veri ſapientes ſcrinia pulchra et deaurata que
tū in ſe vilia continent capſis viliſſimis preferunt q̄
precioſiſſima ornamenta incluſa abſcondunt. Sic
ſponſe huius mundi ſpētenus quidē dulcia ac ſua
uia offerunt: poſterius autem quaſi regulus vene-
na diffundunt: exterius colore roſeo et niueo cādo/
re relucet interius autem putredine viruienta ⁊ ſa
nie ac ſpurcitia plene ſunt. Uerbis diligunt: factis
autem vt frequentius infidelitatē oſtendūt. At cō
tra anime tue ſponſa eterna ſapientia exterius qui
dem ſecundum faciem humilis abiecta et deſpecta

bilis putatur·interius autēʒ viuc lucis triclinio de
coratur·Caro exterius mortua apparet·ſed fulgor
deitatis qui non videtur interius lucet·Caro videt
miſera:ſꝫ latet qualis ſit glorificata:Uel ſic,Si cre/
dis vilia crede et magnifica·Talis eſt dilectus quē
afforis deformatum cernis vt ſi daretur ipſum ī de=
core ſuo vel ad momentum videre: neceſſe eſſet te:
ex lucis amenitate:ex faciei pulchritudine:ex gau/
diorum immenſitate deficere:cuꝫ nullus homo poſ/
ſit eum videre et viuere·Ipſe eſt enim in quem deſi
derant angeli proſpicere. Porro exterior mortifi=
cati corporis diſpoſitio ac forma non eſt deformitaſ
cenſenda vt tu putas:ſed maxima formoſitas quia
non qualis apparet qui videtur attendere debes ſꝫ
qualia perpeſus ſit:et vnde et propter quid. Si q̄=
ris·vnde:conſtat quia ex nimia charitate et dilectio
ne·Si queris propter quid certum eſt propter te:
vt ſua deformitate te formoſum faceret·ſuo liuore
te ſanaret:ſua morte perhennis vite immortalita=
tem tibi tribueret·Sic igitur dilectum amoris reſ=
piciendo videbis plenum charitate et dilectione:
qui non ſolum verbis amauit: vt nonnulle dilectri=
ces·Sed et factis ſe diligere comprobauit·quia in
morte et vſqꝫ ad mortem dilexit. Sic igitur patet
quia exterioris hominis forma et diſpoſitio quam
ex paſſionis acerbitate contraxit magis eſt amo=
ris expreſſiua ꝙ deformitatis indicatiua. Nec ob=
ſtat ſi hoc ei qui non amat non videatur quia ocu=
lis egris odioſa eſt lux que puris eſt amabilis. Di=
ſcipulus. Vere et indubitanter ſic eſt et beati



oculi qui ſic vident:quia hoc non eſt omnium:ſed
paucorum id eſt feruide amantium. Fallax pro=
inde gratia et vana eſt pulchritudo. nec immerito
ſtultus reputabitur quia ſecundum faciem et non
ſecundum veritatem amat. Nam quia falſum pro
vero recipit·ideo optato fructu carebit. Sapien=
tia. Ad rediuiuam igitur ſemper tue menti ſalu=
brem paſſionis mee imprimendam memoriam a=
moriſqꝫ artem atqꝫ materiam ampliorem preben=
dam deuotiſſimis auribus tuis quedam de ea paſ/
ſione iterum replicabo.

De quibuſdam chriſti paſſionibus:et qualiter ve
rus amator debet ſe eiſdem conformare: et quali=
ter deus per talem mortem voluit genus humanū
redimere.

ANte diem feſtum paſche vltima cena
iam facta cum diſcipulis inſtante tem
pore tranſitus mei ex hoc mundo ad
patrem egreſſus cum vndecim abii in
montem oliueti:vbi factus in agonia
cum prolixius oraſſem et intelligereꝫ
tam crudelia tormentorum et ſuppliciorum gene=
ra michi iam eminere tunc factus eſt ſudor meus
ſicut gutte ſanguinis decurrentis vſqꝫ in terram.
Uix enim et difficulter credibile eſſet alicui homi=
ni viuent ſub celo quales et quantas anguſtias et
q̄ʒ vehementes et terribiles mortis preſſuras na=
tura delicata mortem crudelē horrendo in eius pre

ſentia tunc perſenſit. Poſtea venerūt filii tene-
brarum hoſtenſibiliter qui me duriſſime captiuan-
tes et crudeliter ligantes ad ciuitatem reduxerūt.
Noctē illam ſacrilegi diuerſis ſuppliciorum ge-
neribus in me expenderunt:et ſe penis meis ſatian
tes ludibriis et verberibꝰ iniuriis et opprobriis innu
meris me afflixerunt:faciem meam amabilem tur/
piter conſpuebant:oculos velabāt collum cum ſub/
ſanatione percutiebant. Mane facto ī atrio caypheꝫ
veritatē confitendo reum mortis me eſſe cōclama-
bāt. Maternis quoqꝫ viſceribꝰ ipſa que me genuit
ſuper me doluit. et irremediabilibus lachrymis fle
uit:cum me in tātis anguſtiis et opprobriis poſituꝫ
vidit. Deinde ante preſidē pylatum fui adductus
accuſatus:et condēnatus. Inimici mei terribilibus
oculis me intuebant. et tanqꝫ gigantes ſteterūt con
tra me. Ego aūt manſuete tanqꝫ agnus qui portat
ad victimā ſtabam demiſſo capite:paciētiſſimo cor/
de. Poſt hec ab herode alba veſte indutus tanqꝫ fa
tuus illuſus fui. Corpus meum formoſum flagel-
lis acerrimis verberauerunt. Caput meum delica/
tum ſpinis pungentibꝰ perforauerunt. faciem meaꝫ
amabilē ſputis et ſanguine defluente ſordiderunt.
Et ſic tandem condēnatum miſerabiliter cruce hu-
meris propriis ſuperpoſita ad locum ſupplicii cla-
mantes valenter tolle tolle crucifige maleficiuꝫ de
duxerunt. Diſcipulus. O ſumma pietas ſi taꝫ ama/
ra fuit tue paſſionis incohatio:heu qualis erit tan
ti doloris exitus et conſummatio. Reuera animal
irrationale tam crudelia pati eſſet michi videre mi/
ſeria:qꝫto magis te omnium creatorem et ſpecioſiſſi



mum hominem ſuſtinere tam immania tormenta ꝛ
ſupplicia. Merito proinde ex intimo cordis affectu
et totis precordiis meis compatietur tibi aīa mea.
Sed vnum eſt quod a te ſcire cupio de quo etiā nō
deſino mirari Ecce querenti michi tuam deitatem
oſtendis humanitatem querenti dulcedinem pro-
fers amaritudinē petenti mamillas ſuggēdas robu
ſta certamia cecertare oſtēdis. O diuīa ſapiētia cur
hoc facis vel quid per hoc vis oſtendere. Sapiētia
Notum tibi ſit quod non datur peruenire ad deita
tis altitudinem vel inuſitatam dulcedinem niſi tra
ctis pio quodam fidei ac dilectionis affectu ꝑ hu-
manitatis et paſſionis mee amaritudinem. et qn̄to
hac neglecta quis aſcenderit altius:tāto cadit pro
fundius Hec eſt via per quam itur ꝛ hec porta per
quam introitus ad deſideratum finem conceditur
Quapropter depone nunc omnem cordis tui formi
doloſum timorem et indue animū virilem Conſtan
ter age et in acie mecum fortiter conſiſte. quia non
docet famulū delitiari vbi viderit vbi viderit domi
num ſuuꝫ tam ſtrenue decertare Reſpice oculo mē/
tali numerū fortium īter quos ſi ſpiritualiter eter
no regi militaturus annumerari deſideras neceſſe
eſt vt priſtinam ignauiam deponas et exemplo triū
fortium dauid inter proſpera vꝫ et aduerſa equani
miter te habendo tanqꝫ per mediam aciem inimico
rum trāſeas ac ſic de ciſterna bethle/emitica aquā
hauriendo potum deſideratum ſummo regi offe-
ras temetipſum videlicet exponēdo laboribus cun
ctis vt eius filii pareas beneplacito voluntatis.
Induere ſicut gigas ſtolla bellica accipe armaturā

meam. Nõ precedat ſed ſequatur armiger dominũ
ſuum q2 de calice quem bibi potaberis: et aduerſa
que pertuli tu quoqꝫ pro poſſe ſpiritualiter patie-
ris Sẽpe cor tuũ ob quottidianã mortificationem
ſenſualitatis rõni cõtrariantis ꝛ impetum multaꝝ
tribulationũ te dilectioni mee diſponẽtiũ anguſtia
biliter et quodãmodo ſudore ſanguineo ꝑfundetur
hortũ quippe plantationũ meaꝝ roſeis floribus an
guſtiis vꝫ et tribulationibus impinguare te deſide
ro. Inueteratas namqꝫ in te conſuetudines malas
vincendo captiuaberis et quaſi ligaberis et ab ad
uerſariis quoqꝫ meis occultas calumnias ꝛ mani-
feſtas iniurias ſuſtinebis ſed ꝛ paſſionem meam in
pectore tuo tãꝗ mater fideliſſima filiũ ſuum ĩ ſuo
corpore iugiter portabis. Reprehenſiones et iudi-
cia iniuſta a multis patieris et detractiones mul-
tas ab emulis habebis et quaſi ſpinis caput tuum
coronabitur cũ ſpiritualia exercitia tua inuidie ſti
mulis ſupprimẽtur. Poſt hec extra caſtra mecum
educeris ſimulqꝫ improperia mea portabis: quãdo
teipſum et propriam voluntatem et oẽs creaturas
de ſalute te impediẽtes deſerueris qui ꝑ poſſe tuo
velut hõ moriturus cuncta deſerit in vltimo exitu
ſpiritus ſui Igitur forte animo eſto et prepara ani
mam tuam ad temptationem quia que ventura ſũt
annunciaui tibi Diſ. O iudiciorum dei abyſſus im-
perſcrutabilis o eterne preordinationis ſnĩa formi
doloſa cur nõ ſi tibi dicere licet decreuiſti ſalutare
genus humanum per alium modum magis quietũ
O ſi liceret miſeris dicere ad te. quare ſic feciſti.
Nũquid in tua eterna ſapiẽtia nõ potuiſti inuenire



aliũ modũ per quem et miſeros ſaluares et tuã no
bis dilectionem oſtenderes. et ſic teipſum a tantis
doloribus noſqꝫ a tantis compaſſionibus ſuppor-
taſſes Merito inde propheta ſanctus occulta ani-
maduerſione cõſilium hoc quaſi impugnare auſus
eſt dicens. Quare futurus es veluti vir vagus. vt
vir qui non poteſt ſaluare. Sapi. Diuina ſubſtãtia
omnem formam quam intellectus humanus attin
git ſua virtute excedit. vnde ſicut ipſam non poteſt
aprehẽdere/ita nec profunditatem iudicioꝝ ipſius
per que creata omnia ſuũ finem ſortiuntur poterit
inueſtigare. Proinde a talibus que ex ſolius diui-
ne voluntatis beneplacito depẽdent a nimia ꝛ curio
ſa inqueſitione cauendum eſt ne vꝫ ſcrutator maie-
ſtatis opprimat a gloria In hac enim ĩmenſitate deꝰ
per ſuam omnipotentem virtutem humanam natu
ram multis aliis modis recuperare poterat: ſꝫ ſtan
tibus conditionibus vt nunc nullus congruentior
modus erat. Auctor. n. nature in ſua operatione nõ
attendit quid ſua virtus preualeat. ſed ꝗd vnicuiqꝫ
creature congruum ſecundum ſuam naturã exiſtat
Cum autem homo pauciſſimas veritates rerũ etiã
naturalium et inferiorum deductionibus ſcientifi-
cis ob imperfectionem intellectus humani ſciat: et
eaſdem niſi cum maximo ſtudio et diutino labore
tandem conquerat itemqꝫ naturaliter de viſibilibꝰ
ad inuiſibilia de corporalibus ad ſpiritualia proce
dat qũo ꝗſo congruẽtiꝰ diuĩa myſteria ſciri poterãt
maxĩeqꝫ iſta ꝑclara fidei ꝑncipia oẽꝫ facultatẽ ĩtelle
ctꝰ excedẽtia: niſi ea ſapĩa diña carne ĩduta vt pote veri

tas infalibilis reuelaret. vt inuiſibilia dei a creatu
ra mundi per ea que facta ſunt intellecta conſpice
ret ſempiterna quoq; virtus eius et diuinitas per
aſſumptã humanitatem nota fieret. Homo etiaʒ q̇
per inordinatã delectationẽ gaudia amiſerat quali
ter ordinati⁹ ꝙ per tẽporalem tribulationẽ amiſſa
recuperare debuerat. Amplius autẽ cũ via que du
cit ad vitam ſit arta et ſemite anguſte et ante icar
nationẽ fuerit minus trite qualiter poterat hec via
leuior fieri niſi hoc modo vt ipſe qui hanc tradidit
preiret et viã laborioſã amariſſime patiẽdo alleuia
ret ⁊ ſic facilior creature fieret cũ ipſam creator cõ
precedendo tanta ſedulitate calcaſſet. Perpende
adhuc ex temetipſo. ſi morti obnoxius iudicialiter
plectendus fores ſi q̇s ictum ferientis pro te exci
peret in corpore ſuo et te illeſum abire permitteret
quomodo maiorem charitatẽ et dilectionem oſten
dere poſſet vel debitorem ſe tibi cõſtitueret teq; ad
reamandũ magna inuitaret pietas Interroga ſin
gulas creaturas docebũt ordinẽ totius vniuerſi et
reſpondebũt tibi ꝙ ſcd̃m nullum pulchriorem mo
dum et congruentiorem ſeruanda erat iuſticia ſil'
miſericordia oſtendenda: natura humana exaltãda
bonitas diuina effundenda: deniq; celũ et terra pa
cificanda: ꝙ cũ dolore paſſionis tanti mediatoris ⁊
amaritudine mortis ipſius. Nec te labor electorum
exterreat: aut aduerſa pericula frangant. Ipſa tñ
ineffabilis pñtie mee ſuauitas et amoris dulcedo
admiranda aut nõ ſentire aut leuiſſime ferre faciet
aduerſa omnia vnctione magna. Quis non priuile
gio ſpiritualis cõſolatiõis aut gr̃a ſupne viſitatiõis





amplius gaudet ꝙ q̇ diu ꝓ me diuerſas tribulatio
nes ſuſtinet. Amaritudinem teſte minus curabit q̇
nuclei dulcedinem frequẽtius preguſtauerit. Itẽ
athleta qui fortẽ et ꝓpitiũ adiutorẽ in cõflictu hr̃e
dignoſcit pro magna pte iam triũphaſſe ſperatur.
Igitur nõ cõcidat cor tuũ ſed paſſionem meã ſemꝑ
in mente habeto: ⁊ eam in corde tuo quaſi in libro
ſcribe: et te ei ꝙtum vales ſtudeas cõformare Nũc
vero amaritudinem paſſiõis mee tibi affectuoſius
inculcare cupiens ordinem nationis ipſius vlteri
us proſequamur Eductum me itaq; extra caſtra ſu
ſpenderunt in crucis patibulo inter duos latrones
ad hoc duntaxat vt mors mea turpiter appareret
Cũq; ſic fixus manerẽ et ſeuiſſimis doloribus mor
tis circũdatus eſſem oculi mei luciferi fuerunt cõ
tenebrati aures deriſionib⁹ replete olfatus propꝑ
malum odorem afflictus: os meum dulciſſimuʒ fel
leo potu amaricatum Percuſſerunt me: vulnera
uerunt me et duriſſimis caſtigationibus carnẽ me
am lacerauerunt: ita vt attroces ictus ſanguinis vn
de erũpentes ſeq̃rent ⁊ per corp⁹ delicatũ ſpraſuʒ de
currentes ipſum cruentatum ſanguine cunctis de
monſtrarent. O ſi vidiſſes me in illa hora tam mi
ſerabiliter pendẽtem in patibulo defeciſſet anima
tua pre dolore et triſtitia. Heu in hora et in tempo
re illo ſpatioſa terre latitudo defecerat michi: ita
non haberem vbi caput miſerus feſſũ reclinarẽ ſed
inclinatum dependebat. Collum meum allapis ⁊ ꝑ
cuſſionibus afflixerant faciem meam elegantẽ ſpu
tis inmundam reddiderant. Pro viuido colore pal
lor vmbroſus vultum meum occupauerat: et tota

formoſitas mea intantū extincta fuit et emortua vt
aſpectus michi debitus iam non eſſet: ſed quaſi le-
proſi alicuius aſpectus viluiſſe videretur. Diſcipu
lus. O quis michi det iam in hac hora tuā hanc fa-
ciat. Sed obſecro te dilecte mi quid cauſe eſt ꝙ
tam crebro rebus corporalibus in amore tuo com-
parare conſueuiſti cum tamen ſecundum verba tua
et ſecundum ſententiam omnium bene philoſophā
tium nec corpus ſis nec virtus in corpore. Sapi-
entia Rerum altiſſimarum veritates in ſua ſimpli-
citate acceptas intellectus humanus capere non
poteſt. et ideo neceſſe eſt eas tradere per imagines
et conſuetas ſimilitudines. Pulchritudo quip-
pe mea tanta eſt vt ſi quis magis cruciatibus mul
tis annis ſe exponeret vt vel ad ictum oculi me in
tanto decore conſpicere poſſet abſqꝫ omni dubio la-
bor premio minus adhuc reſponderet. Diſcipulus
Ex quo vt aſſeris de ſuperceleſtibus ⁊ diuinis rebꝰ
aliter loqui non poſſumus niſi per modum rerum
corporalium liceat ſimplici diſcipulo magiſtro pru
dentiſſimo verbum ſimplex proponere cuius decla
rationem cupio habere. En ſpecies celi et gloria
ſtellarum atqꝫ venuſtas campi ex multitudine per-
penditur florum. Sic nonnunꝙ decor iuuencula-
rum ſeu ſponſarum terrigenarum ex ornatu atten-
ditur veſtimentorūꝫ vnde et auro tecte gemmis co-
ruſcantibus infuſe ſubtilibus indute ſertis mican-
tibus redemitte pulchre procedunt. Tu vero quid
Sapientia. Prudenter pictor vbi ſubiectum defi
cit accidentia multiplicare conſueuit. et quod ma-
culoſum eſſe cognouerit rubrica lenire feſtinabit vt
ex ſophiſtica forma ignoretur. quia latet anguis in





herba. Ridere apparenter cogit quod nec ſenſibile
quidem eſt; ſicqꝫ oculos humanos decepit dum qđ
deforme ſub tegmine eſt colifero ſplendore per lini
ens reddit formoſum; in quo tamē magis artificis
ꝙ artificiati preconium iure prefertur. Eregione
vero ſol radiorum ſuorum circundatus fulgoribus
aliena non eget mendicata formoſitate quem in eſ
ſentia ſua luminoſitas tam immenſa inueſtiuit Sic
ſapientia eterna ſol iuſticie quīno ipſa cuius pul-
chritudinem ſol et luna mirantur lucem habitans
inacceſſibilem in ſplendoribus ſanctorum ante lu-
ciferum genitus fulgoribus immenſiſſimis circun
datus aliena forinſecus compōne non eget qui eſt
totum quod pulchruꝫ eſt quod ſpecioſum quod de
corum Cui idem eſt eſſe quod pulchrum quod dele
ctabile eſt eſſe Omnis nimiruꝫ gloria eius abintus
in fimbriis aureis circumamicta varietate Amictꝰ
namqꝫ lumine ſicut veſtimento tanta ex omni par-
te luminoſitatis pulchritudine reſpergitur vt ſui
fulgoris excellentiam oculis humanus ferre non
poſſet Non enim videbit me homo qui viuet. De-
niqꝫ omnis creature decor quid aliud eſt ꝙ quod-
dam ſpeculum in quo ſummi opificis relucet ma-
giſterium. Quod ſi lilii vt aſſeris decorem eiuſqꝫ
indumenti nitorem miraris quid aliorum auctoreꝫ
Si venuſtus aſpectus ac decenter ornata facies o-
culis tuis mundanis quondam ſic placuit o ꝙ di-
gne pre cunctis ineffabiliter pulchra et decora cor
dis placebit. Nempe ſi recte inſpexeris orna-
ta cuncta cum ſuis ornamentis ipſius ſunt pre-

conia;qui ſubſtantiam cum qualitate et ceteris ge
neribus producit ineſſe. Patʒ igitur ꝙ ea que va-
nitatis tempore te trahere ſolebant potius ad bo-
norum omnium creatorem trahere debebant abſqꝫ
eo ꝙ itrinſecus latet Diſcipul⁹ Et quid eſt quod in
trinſecus latet. Sapientia. Simpliciſſime eſſētie
mee iocūdiſſima viſio ſuper baliſſime deitatis mee
peroptata fruitio interminabilis vite tota ſimul ⁊
perfecta poſſeſſio. In his .n. cunctis agminibus tā
ta iocundatas datur;tanta gaudiorum geminatur
materia;vt pre amoris magnitudine ⁊ exultatiōis
immenſitate mille anni ſint ante oculos eorū tāq̄
dies heſterna que preterit. Si quidē tota celeſtis
frequentia continue cernens tot mirabilia nouaqꝫ
audientes cantica oculos in me defixos iugiter ha
bent Stant ſuſpenſis vltib⁹ et cordibus amore fla
grantibus ī me intēdūt. Pedes habent obliquos
quaſi ad iubilandum;faciem reuelatā ad contem-
plandum. ſicqꝫ ſurſū corda leuantes inhiant ore cor
dis peritur in ſuperna fluenta fontis vite. O q̄ bea
tus qui huic feliciſſime iocunditati ⁊ iocundiſſime
feſtiuitati ineſſe meruerit qui choris intererit pu-
ellarum celeſtium que mecum choreas ducentes ī
celeſtibus iocundant feliciter vbi chorus ſacratus
virginum poſt me canentes curſitant hymnos dul-
ces perſonant Envnicū amōis verbuʒ de labiis cha
ritatis mee egreſſū ad cor amoroſum omniū ſupat
angelorum melodias omniumqꝫ cytharedorum cy
tharizantium armonias omnia deniqꝫ inſtrumenta
muſicalia excedit et ſimphonias. Eia reſpice que
ſo mentis nunc in iubilo q̄ habilis ſim ad amandū





q̄ affabilis ad amplexandum et ad oſculādum aīe
ſyncere q̄ ſumme delectabilis O dulce ⁊ preciociſſi
mum oſclm labiis mellifluis affectuoſe impreſſum
O quam beata anima cui vel in tota vita ſua ſaltē
vnica vice fuerit hoc conceſſum. Quod ſi propter
hoc etiam mori contingerit graue non erit Sum de
niqꝫ ſemper preſto amanti ad reamandum preſens
in choro;preſens in thoro;preſens in menſa;in via;ī
clauſtro;in foro;ita vt non ſit locus vbi non ſit pre-
ſens charitas dens vbiqꝫ amanti per amorem corre
ſpondens Singulare quippe diuina ſapientia hoc
ſibi proprium inter cunctas vendicat ſponſas vt ad
votuʒ amantis vbiqꝫ preſens eſſe poſſit;cuncta pro
ſe emiſſa ſuſpiria deſideria immiſſa facta ſeruitia
in preſentiarum norit. Et propter hoc prouidebam
ait quidam amator ſapientie dominum in conſpe-
ctu meo ſemper. Et iterum propter hoc letatum
eſt cor meum et exultauit lingna mea. Rurſus tan
ta eſt bonitas mee prerogatiua ſingularis vt ſi q̄s
ex ea vel modicam guttam ad guſtandum ſuſcepe
rit de cetero omnia huiuſmodi oblectamenta tāqꝫ
ſtercus reputabit. Amor meus peccatoruʒ ſarcinis
oneratos exonerat;ſcientiam purificat mētem cor
roborat;ꝑfectis libertatem donat;et ipſos ſuo eter
no copulot principio Quid plura. Qui me ſibi in
ſponſam accipit meqꝫ ſuper omnia diligit viuit cuʒ
tranſquilitate;moritur cum ſecuratate;et quodam
modo in preſenti gaudia incohat et habebit in fu-
turo que per eterna ſecula durant. Multa dicimus
et verbis deficimus quia eminentiam amoris mei
nulla lingua hominum vel angelorum ſufficit enar

rare. Experi poteſt fari non poteſt. Hec tamen qua
ſi ex abrupto pꝛoiecta potius ꝙ dicta ſunt. Diſci
pulus O immenſum coꝛdis mei tripudium. Nun-
quid non vere iſta eſt hoꝛa ſalutis: hoꝛa leticie ſpi-
ritualis: tempus viſitationis et gratie: dies quam
fecit dominus in qua melliflui facti ſūt celi in qua
timoꝛ tranſiit in amoꝛem et familiaritatis tue gra
ta pꝛeſentia fiduciam pꝛeſtat loquendi melioꝛem ⁊
plenioꝛem. Aperiam igitur os meum et ſecreta que
tanto tempoꝛe in cubiculi coꝛdis mei clauſa tenue
ram tibi nunc reſerabo. vulnuſqꝫ amoꝛis dudum in
clauſum detegam in coꝛde lenguentis Tu ſcis/ex-
pertiſſimum et enim alloquoꝛ in arte amandi/quia
amoꝛ intenſus ſocium non patitur: non ſuſtinet plu
ralitatem. Regna quippe et amoꝛ ſicut olim audi
uimus ſocios non bene compatiuntur. Nam et flu
uius magnus in plures diuiſus riuos minoꝛatur.
Sic et amoꝛ dum ſocios querit minuitur et deficit.
O vnice et ſingularis coꝛdis mei poſſeſſoꝛ nunc ita
ſe habet ad ſe coꝛdis mei impetuoſus affectus. vt
vnice te diligens vicem ſibi rependi ſingularis af
fectet amoꝛis. O q̄ꝫ optabile michi eſſet vt me ex
nomine cognoſceres cognitumqꝫ ſingulariter dili-
geres. ac dilectum inter ſpecialiſſimos amicos tibi
ipſi eligeres. O deus meus vtinam oculis clemen
tie tue gratioſe me reſpiceres omniaqꝫ opera mea
diligeres ⁊ familiariſſimum me amicum tibi ac ſer
uum faceres. O q̄ꝫ lectus exiſterem ſi hoc michi
iuxta votum pꝛouenirent. Ego certe creſci diuiti
as et omnium hominum delitias me habere eſtima




rem. Nunc autem quod et cum gemitu coꝛdis dico
te ſolum et vnicum diligens communibus amoꝛis
legibus cogoꝛ contemplari. Queſo omnes pii a-
matoꝛes veſtras aures pꝛebete. michiqꝫ condeſcen-
dite et inter me et dilectum iudicate. Ecce dile-
ctus meus vnicus theſaurus eſt michi et amoꝛis
ſpeculum ipſum michi conſtitui. Facilius poſſent
ara molliri ꝙ mens mea eius ab amoꝛe reuocari.
Quod ſi me dimiſerit ego eum non dimittam. Vi-
it dominus ſi ſpꝛeuerit ego fidelis et conſtans eri
am et velut turtur ſolitaria ſedebo quouſqꝫ dile-
tum recuperabo. ego nullam recipiam cõſolatio-
em ad nullum intendam conſolatoꝛem quinimo o
eroſi erunt michi. Ipſe ſolus eſt quem quero. ab
ſo ſolo conſolari potero. Pꝛo ipſo elegit ſuſpen-
ium anima mea et moꝛtem oſſa mea. Si abierit
oꝛ meum ſecum trahet. ſi redierit os meum iubi-
replebit. Siue comedam ſiue bibam ſiue quod
unqꝫ aliud faciam ipſe michi pꝛeſens eſt. Ipſe eſt
n quem incendo: ipſe eſt quem requiro. Inſipi-
ns factus ſum: amoꝛ me coegit. Ecce dilectum
diligere animo expectaui quouſqꝫ ſenio frigeſce-
rem ac viribus fractus deficerem quouſqꝫ decoꝛ
faciei mee aut vultus roſei deperiret et ruge faci-
em operirent. et ſic exoſus factus et amoꝛi terreno
ineptus neceſſitate cogente ad ipſum amandum
confugerem qui aliam quam diligerem vel a qua
diligi cuperem non haberem. Quinimo cum
in floꝛe iuuentutis etas adhuc tenera longeuita-
tem annoꝝ ꝑmittēt et ſocioꝝ grata cõſoꝛtia adeēnt

et naturalis complexio amoris irrident multoſq;
rogantes ac retrahentes haberẽ his omnibus ſpre
tis violas pulcherrimas michi dulciter arridentes
contẽnebam facieq; aduerſa cum gemitu aduerſa
bar letus omnia proieci a te michi mercedem am
ris conſtitui ad amorem tuum confugi teq; mich
in dilectũ elegi. Nunquid igitur o amor meus ga
dium meum et dulcedo anime mee impium eſſet
me ſinglr diligeres et amori tanto tantillum reſp
deres non quidem pre cunctis ſolum diligendo ſe
inter amicos amorem familiorem impendẽdo h
eſt pro certo quod me angit ac ſolicitat qui tot ſi
corda te ardentiſſima charitate amantia que me
amore et in omni amoroſa exhibitione antecedu
Heu heu quid ergo erit de me Timeo.n.vehem/
ter cum inter lilia liliorũ amator paſceris o me
ſerum et redolentiam eorum odoras ne forte ca
ni vel vertice obliuiſcaris: et ſic damnum amoris
aliorum ex amore incurram. Ignoſce dilecte ꝙ ſi
loquor Hoc enim vt noſti ſibi vis intenſi amoris
dicat vt verbis legem imponere neſciat nullũq; n
delectum cuz dilecto occupatum aduertat Valde ſ
audeo diſcere ſparſus amator es. En ſexaginta ſũt
regine et octaginta concubine et adoleſcentularũ
non eſt numerus. Verũtamen vna eſt columba tua
perfecta et immaculata: que ceterorũ omnium ſibi
vendicat principatum. Deniq; in omnibus finibus
iſrael queruntur adoleſcentule virgines ⁊ ab yſaac
ſola eligitur ⁊ ad regẽ introducitur Sic ad aſſueri
multe introducte vna oĩbus profertur et ad ipe
cõſortiũ ſublimat. O vna q̃ vna es ⁊ ſam nõ habe



ꝙ feliciter creata que eximie dotata es vt vnicum il
lũ theſaurum ad cordis votum poſſideas. Quis mi
chi det ſaturari ſaltẽ de micis que cadunt de mẽſa
reliquiarũ tuarum? Sapientia. Valde ĩ exceſſu mẽ/
tis ex amore poſitus es qđ et verba affectuoſa ⁊ fa/
cies lachrymoſa oſtendit. Sed nunc ſi tibi oſtende=
rẽ ꝙ te ſingulari amore diligerẽ iuxta omne deſide
riũ cordis tui qđ facere velles? Diſcipulus. Te mi=
lies amplecti vellẽ et decies milies affectu gratula
bũdo peroſculari cuperẽ et quicquid vnq̃ aduerſi a
mor ſuſtinere perciperet libens cũcta ferrem. En
anima mea dñe mi ad verba tua tota ſuſpenſa erigi
tur: et verbũ conſolatoriũ preſtolatur. O deſiderium
aĩe mee loq̃re ad cor ſerui tui. O pie cõſolator cur me
ꝓuocas? Cur animam meam amore languidã diffe/
rendo affligis. En amor impatiens eſt: nec diutius
expectare poteſt. Nã deſideria dilata affligũt aĩam
Sapientia. Amor tuus licet intenſus ſit cecutiens
tñ aliqualiter videtur eſſe qui de diuinis et ſuperce
leſtibꝰ per modum terrenorũ faciendũ eſtimas: ⁊ idõ
quaſi per caliginẽ iudicas. Sic aũt non eſt. Nimirũ
dei ſapientia amor eſt Unde ſicut eſſentia ſua in cun
ctis exiſtẽs non partitur vel minor ex hoc in ſinglis
redditur: ſic nec amor ſuus licet cuncta diligat que
fecit minoratur. Sic.n. ſingulis intendit vt a cũctis
vacare videatur: et ſic cũctis preſidet vt a ſingulis
vacare putetur. Nec eſt ſic imaginandum quaſi tu
iuuenis amorẽ meũ preueniens propterea a me dili
gi et iure velles: ſed reuera ecõtrario eſt. Etenim te
ab eterno dilexi et te ex noĩe noui et affectu ſingu=
lari preelegi ideo diligis. licet ex conſequẽti affect

pre deſtinatiõis effectũ requirat dilectionis. Unde ſine preiudicio oĩm ceterorum amantium hoc firmiter teneas; me circa te omni tp̃e et hora tã amoroſe eſſe intentum ac ſi cunctis poſtpoſitis tibi ſoli vacarẽ et amori tuo ſingulariter reſponderem. Diſcipulus. Fidelis ſermo et oĩ acceptiõe digniſſim⁹ Nũc aĩa mea magnficata eſt pre omnibus diebus vite mee. Quẽobrem vna mecum iocundetur ſimulqꝫ gaudeat ⁊ cõgratuletur orbis terre et plenitudo eius pro dilecti tã pio amore et tam immenſa et optabili dilectione. Eya. dilecte mi aduerte oculos tuos a me: qꝛ ipſi me aduolare fecerunt. Cuius namqꝫ cor tã ferreum ſaxeumqꝫ pectus verba tua ſcintilliſera audire poſſet nõ ſubite amoris tui ignem cõciperet. Quis deniqꝫ tam frigidus vel tepidus exiſtit: qui ſi in tanto decore corã oculis cordis ſui ſuſtineret ſuiqꝫ amoris oculos frequẽter fixos in te haberet et ignitũ alloquiuꝫ tuum vehementer ſepiu⁹ audiret qui non intimi amoris facla inardeſcerent. ſicut enĩ ſol ad hemiſperium noſtrum aſcendẽs ⁊ circulũ meridianũ deſcribens terram ſuo adurit calore; ſic colloquiũ tuũ flameuꝫ corda frigida ſuum accendit in amorẽ. Omnes ſitientes venite nunc ad fõtem totius amoris et ad fructum deſideratum iocũdiſſime dilectionis. Quare expenditis et res et corpus ſimulqꝫ aĩam periculo eterno exponitis: et tñ in vanũ laboratis. Nam in idropica perſiſtitis ariditate: os aridũ propter ſaporem carneũ tenuem ĩ eo relictum dentibus veſtris roditis. O miſeri miſeriam amantis: dum hoc quod queritis iuxta votũ non inuenitis. Cernite queſo cernite ꝙ bonũ et ꝙ





iocundũ ſit ſummum bonum diligere: ſupremã ſpõſaꝫ adamare. Reddite ergo amatores dulciſſimi ad cor: et perpendite ꝙ beatus qui relictis omnib⁹ in hanc conſentit eiqꝫ ſoli cuncta ſeruitia amori debita corde deuoto impendit. Quanta putatis hic cõſolatione atqꝫ interne ſuauitatis dulcedine ſibi quidem ſoli nota ab oculis aũt cunctorum viuentiũ abſcondita perfruetur: feliciter proinde o delicata amatrix eterne ſapientie beatiſſima agnes virginuꝫ gẽma pulcherrima de tanti ſponſi preconio iactaſti dicẽs. Anulo ſuo ſubarrauit me et imenſis monitionibus ornauit me. Mel ⁊ lac ex oĩ ore ſuſcepi. et ſãguis eius ornauit genas meas. Vere fateor dilecte mi ꝙ ſermo tuus dulciſſim⁹ igneo amore reſperſus expegefecit dormitantẽ animam meam: liquefecit et refecit triſtem mentem meam. Illuminauit tenebroſa clauſa reſerauit ⁊ totuꝫ ꝓpoſituꝫ meũ ad hoc deduxi: vt totis viſcerib⁹ cupiã et ego dignus inueniri tua dulciſſima deſponſatione. Sicut enim audiuim⁹ ſic experti ſum⁹: qꝛ non eſt perſonaruꝫ acceptio apud te. Cũctos ad amorẽ tui inuitas oẽs ſatias ⁊ cis pocula ſalutis ꝓpinas. Adiuro vos oẽs o eterne ſapiẽtie ardẽtiſſimi amatores hui⁹ digniſſime ſponſe feliciſſimi dilectores: vt me veſtris precib⁹ ad ipſaꝫ dignemini ꝓmouere. Iã nũc corpus ⁊ aĩa q̃d ſuſtinetis: Quare negligitis. Cur tãdiu a tam ſalutari ꝓpoſito retardatis: Deponamus veterem hominem, nouum induamus: et torporem negligentie nos a tantis impedientem bonis excutiamus. Ut quid etiam nati ſumus. Nos enim vita viuimus tantum. Surgunt ſimplices: illiterati indocti: ⁊ ſecuna

ciſſimi amoris plenitudine inebriant ⁊ nos ſubtilis
terentes a veritatis viã ceteris demonſtrantes eoſ
qꝫ ad poculũ interne ſuauitatis inuitantes in aridi
tate mẽtis ꝑduramus. Eya agite confratres et cõ/
ſodales: q2 potens eſt deus de lapidibus iſtis ignes
ꝓcreare diuini amoris. Quis ſcit ſi cõuerſatur ⁊ ſa
lutatio glorioſa poſcentibꝰ proiiciatur. Quis ſcit ſi
benignã poſt ſe relinquat benedictionẽ vt et nos mi
ſeri ꝑticipes amoris ipſius affecti inter dilectos et
electos eius ſortẽ habere poſſimus. Delectat valde
huius ſpecioſiſſime memoriã ſponſe eiuſqꝫ preemi/
nentiã dignitatiſqꝫ prerogatiuam recolere ſingula
rẽ: ſicut muſica in cõuiuio vini et ſicut odor ſuauiſſ
vnguentorũ. Sunt n: qui ſe aliquid putant eſſe ⁊ ni/
chil ſũt: q̄ ſeipſos et incautos quoſqꝫ decipiunt. Q
quoties minus cognitum amatur: quod plene co/
gnitũ minus curat. Et cuius pñtia pre amoris ve/
hementia vir expectabatur iam habitum ad libitũ
exodii magnitudine ardentius eiicitur q̄ nõ habi/
tũ preſtolaretur. Fateor me iſta in diebus vanitatis
mee curioſius inſpectaſſe: et veniſſe hoc quod i ꝓ/
uerbio dr. Qui cauere niſi non ſunt oculis michi vi/
ſi. Quocũqꝫ enim me vertebar defectum aliquem a
mori ꝯtrariatẽ inueniebam. Naz ſi aderat pulchri/
tudo corporis deerat formoſitas mentis. Sbm de/
licatũ nonnunqꝫ morum incompoſita vel inepta q̄/
dã et amori contraria ſtoliditate precabat. nũc adl/
lũ naſum vel ſimũ: nec dẽtes retortos aut crines ab
raſos aut ſorditas veſtes habebat. Quod ſi hec ad
votũ erant egeſtate multa amori contraria preme/
batur. Quod opulentia et pulchritudine florebat:





ruſticitas generi ipſam odioſam reddebat. Hãc me/
lancoliã: hanc colera ira plena: hanc fama egyptia
ca denigrabat. Ubi vero hec omnia aderant cõgru/
enter ipoſſibilitas propria deerat vel malitia hoim
vel detractio linguarũ que poculum dulce amari/
tudine quadam perfundebãt et me ab hmõi amore
refrangebãt. Animus meus amorem ſpirans roſaz
habere ſpinã conquerebatur: et lilia aut violas ru/
ſticorũ vſui ac pecorum paſcuis deſeruire ſicut pri/
cipi attendiebatur. Pauonẽ aurea veſte nitentem de
formes habere pedes moleſte ferebant. Quid plu/
ra: Cũcta percurrẽs ſingula maculoſa iueni ad de/
fectuoſa: dixiqꝫ i corde meo: ab inquiſitione amoris
nunq̄ velle deſiſtere donec amatum omni carens de
fectu cõtingeret inuenire. Quid multis morer Ec/
ce nũc abyſſꝰ abyſſũ repit. abyſſꝰ deſideriorũ abyſſũ
itroiui: oĩz grãrũ ac ꝑfectionũ. q̄d eſt: ecce tu pl̄chra
es amica mea ſuauis et decora ſicut hieruſalẽ ⁊ tu
oſa ac generoſa. In diuitiis contentos precelli in
gloria oẽs antecedis. Nõ ſolũ ſapiens ſed et ipſa ſa/
pientia exiſtis nunc eſt ſiliis tui amoris facultate et
arte amandi. Nec timorẽ quidẽ aut pudorem ſolici
tabitur qui te diligere ſeu deſpõſare voluerit fami
liaritas tua nõ parit odium vel contemptuz ſz quã
to amatores tui perfectius te vident: tanto tibi per
amorẽ intenſius adherent. Nempe celeſtis artifex
totius ſtature dilecti mei liniamẽta ac ſpeciem ple
ne artis ſue circino deſcripſit: omne ſuperfluũ inde
reſecãs totius pulchritudinis formã dereliquit ac
in eo ſũmã amoris collocauit. Quis namqꝫ eſt que/
ſo edicite cuius mentẽ propriis oculis oblatã eius

pulchꝛitudo aduolare nō fecerit:cuius auditū ei⁹
dulce eloquiū non inebꝛiauerit. cuius coꝛ eius a=
moꝛ vi ſibi nō ſubiecerit Omnia enim ſupereminēt
elloquio verboꝛum metro metiri nequeunt. Aman
tis tm̄ affectu claudi volunt ei dilectum reficiunt.
Et huic oīa mea venundata gratis eius perpetuo
obſequio ſe deputarūt.iurauerunt ꝙ per uiuente; i
ſecula ab ei⁹ beneplacito nūq̄ velle diſcedere. O mi
dulcis ꝙ ꝓdulcis eſt tua amicitia que me vagā e=
tra me nō repulit ſed ſe meo amoꝛi mercedem deſi=
deratā pꝛebuit. O ꝙ felix affectus mei cibus cuius
guſtus oīa ſuauia reddit amara;amaraꝗ cūcta red
dit pꝛedulcia. Veniat dilectus meus in hoꝛtum ſuū
ibiꝗ reficiat dulciter quē afficit vehemēter Veni di
lecte mi.colligam⁹ ſimul roſas de roſario. Pomela
quoꝗ tibi ſoli ſeruata exhibebo:nec pꝛohibebo gu
ſtū omnium deſiderabilium ibi naſcentium. En vi=
deo dilectum meum ſtantem cum trecentis iuuen=
culis totius decoꝛe pulchꝛitudīs delicatiſſimis val
latū.ipſi quoꝗ inducti ſubtilibus et vnuſquiſꝗ p=
cinctus zona aurea ad mām̄illas. Coma quoꝗ cu=
iuſlibet fulua velut aurū radios ſolares reuerbe=
rat.vt viue lucis tricliniū inhabitare videatur Ipſe
aūt in medio eoꝛū coloꝛe roſeo niueo candoꝛe vult⁹
infuſus relucet;nomen ſuum et memoꝛiale ſuū ī de
ſiderio aīe. O quis michi det vt et nomen eius mel/
lifluū litteris aureis ſuper latitudinem coꝛdis mei
ſuper ſcribatur;quod pꝛo amoꝛis remaneat ſigna=
culo nec vlla vnq̄ decetero ipſum tollat obliuio. O
mi dulciſſima et feliciſſima ſapientia peto vt me a
te nec vita nec moꝛs nec vlla foꝛtune ſoꝛs ſeparet.



ſed permaneat moꝛte foꝛtioꝛ amoꝛ noſter in euū. A.

Quod diuina ſapientia amabilis ſit pariter et ter=
ribilis Capitulum.vii.

ALio quoꝗ tēpoꝛe cum ſol eſſet ſub nubi
lo qui pꝛius admodum clare refulſerat.
et gelu noctis ridētibus floſculis ſilen=
tium impoſuiſſet ꝓcelliſꝗ tonantibus nauicula in
medio maris iactaretur fluctib⁹ timoꝛ et tremoꝛ i/
quit diſcipulus venerūt ſuper me et contererūt me
tenebꝛe Sedebā ſolitarius cepiꝗ cogitare omnes
annos meos in amaritudine aīe mee. Quodam igi
tur modo ineffabili oculo intellectuali ꝓpoſita fuit
viſio illa ꝓphetica ī qua legitur ꝙ thꝛoni poſiti ſūt
et antiquus dierū ſedit.veſtimentū ei⁹ quaſi nix cā
didum et capilli capitis eius quaſi lana mūda thꝛo
nus ei⁹ flāma ignis accenſus. fluuius igneus rapi
duſꝗ egrediebatur a facie eius ⁊ ex oꝛe ei⁹ gladi⁹
ex vtraꝗ ꝑte acutus ꝓcedebat. Stupefactus igit
nimio terroꝛe percuſſus inhoꝛruerunt. omnes pil=
li carnis mee. Omnia namꝗ peccata mea et deli=
cta iuuentutis mee a paruo vſꝗ ad magnum in cū/
ctis cernentibus coꝛam me aperte videbam. Co=
gentibus autem nuntiis et feſtinantibus meren=
tem me ac dolentem ante iratum iudicem perdu=
xerunt. Cum vero rex imperatoꝛia maiſta=
te ſedens faciem ſuam eleuaſſet et ardentibus ocu
lis furoꝛem pecctoꝛis ſui indicaſſet coꝛrui ad ter=
ram vſꝗ pꝛolapſus caput inualidum ſuper bꝛachi
um pꝛout potui reclinaui. Cumꝗ ego ad hoꝛam
nimio terroꝛe coꝛreptus tacuiſſem. tandem ad

meipm rediens cum gemitu multo hoc intra me di-
cebã. Vhe vhe ãbulanti poſt concupiſcentias cor-
dis ſui. Vhe oĩbus operantibus iniquitatem: quia
ſi cognouiſſent eis futurã paratam penã atq; ſtri-
ctã irati iudicis ſententiã contra ipſos proferẽdam
et quomõ decreuit hic incipere a ſanctuario ſuo. v-
tiq; ſibi melius a peccatis cauerent: quin potiꝰ oẽm
penam corporalẽ ſeu temporalem ſuſtinerent ꝙ ocu-
los huius iudicis offenderent. Heu dominator dñe
ꝙ terribilis eſt facies tua nimis: ꝙ proceloſa et acu-
tiſſima verba tua. Totus tremo ad tãtam indigna-
tionẽ. O viſio horribilis et metuenda nimis et ſum-
ma cũ diligentia precauenda. Rogo et obnixe te fla-
gito rex oĩpotens per tuã immenſam bonitatẽ tue-
re me queſo ab hac viſione horrẽda. Fac michi hoc
in tpe quicquid tibi placuerit. Impone leges adiũ-
ge tribulatões: aduerſitates multiplica: infirmita-
tes cẽtuplica. Quicquid tibi placuerit libentiſſime
ferã: hoc ſolum ſupplicans vt a facie furoris tue p-
cere michi digneris. Siquidẽ tantꝰ eſt michi timor
dñi vt etiã cum ſolum leuis ſuſpitio occurrit quid
culpis meis exigẽtibus faciem tuã pauliſp auer-
tas a me: et ꝙ te iudicẽ meum offenderim: vt omni-
no quieſcere nõ valeam: ſed totus pre dolore et me-
rore in memet ipo contabeſcam. Et quomodo poſ-
ſem ſuſtinere illã terrificam faciem plenam ira et
indignatione. Vhe miſeris et obduratis peccatori-
bus. Vhe infernalibus et dãnatis aĩabus ac per-
ſis ſpiritibꝰ qui hanc faciem furibundam in ſua ter-
ribili diſpõne abſq; omni ſpe gratie viſuri ſunt au-
dituriq; illud abhorrendũ tonitruum: ite maledi-



cti in ignem eternum. O maledictũ eternum o op-
probrium ſempiternũ quod nũꝙ delebitur. Quis
cogitare ſufficiat diem iſtum tremendum. Deniq;
tam intollerabilis eſt paterne faciei tue ad emen-
dandum non ad perdendum filios tuos ſeueritas
ſtupẽda vt iferno ſimilis eſſe videatur. Quis ergo
tuam faciem terribilem omni ſpe priuatam videre
poterit. Suadeo proinde omnibus hominibus ma-
xime peccatoribus ne ſe ſilentio tuo vſq;quaq; cõ-
mittant. Taces enim et te videre pctã diſſimulas.
Cum vero arripuerit iudicium manus tua reddis
vltionem hoſtibus tuis et his qui oderunt te retri-
buis. Quomodo queſo o piiſſima bonitas verum
eſſe poterit te eſſe amabilem cum ſis tam terribi-
lis. Sapientia. Terribilis quidem ſum peccato-
ribus amabilis autem iuſtis ac me diligentibus.
Ego deus qui non mutor: ſecundum tamen qualita-
tem et diuerſitatem me aſpitientium diſſimilis vi-
deor. Electos meos in hoc mundo timorem pariter
et amorem iugiter habere expedit: vt et timor ſem-
per animum ſolicitãs a noxiis retrahat exceſſibus
et amor letificans erigat ad ſuperna.

¶ De viciſſitudine diuine viſionis ſiue melius viſi-
tationis: et qualiter aĩa dꝫ ſe tunc tenere. Ca. viii.

AMantiſſimus domini habitabit in eo cõ-
fidenter: quaſi in thalamo tota die com-
morabitur: et inter humeros illius re-
quieſcet. hec et his ſimilia que perfecto amori al-
ludunt verba dum aure cordis percipio: vehemen-
ter ſuſpiro cum me tã longe a fructu deſiderato hu-
ius amoris eſſe cognoſco. Nam ſubſtractio contra

votum diligētis quam ſepius me expertum eſſe fa
teor precipuus michi videtur in amore labor et do
lor. Quantum enim quis delectatur dilecti
et gaudet preſentia tantum de eius abſentia tri-
ſtatur et dolet. Et hec eſt ipſa inſipida amoris re
gula nimium afflictiua quā in terreno amore decli-
nare volui et tunc ipſam quoqꝫ in amore diuino in-
ueni. Hoc eſt ergo ꝙ habeo aduerſum te mater pul
chre dilectionis eterna ſapientia impugnans tuum
amorem quem nudiuſtertius tantum extuliſti Vi-
ciſſitudo namqꝫ predicta non ſolum in terreno amo
re: verum etiam in tuo videtur locum habere Fre-
quentiſſime enim dum mens amantis in thalamo
cordis quietius te habere putat ⁊ federe ſempiter
no brachiis amoris te ſibi contraxiſſe inſeparabili-
ter eſtimat: ſubito qui putabaris adeſſe neſcio quo
aufugis; et qui eſtimabaris conſtrictus eſſe lōgius
recedis et non compares; ſed animam dolore plenā
poſt te relinquis Et dum cor amantis poſt te ardet
anima te ſitit et corpus infirmum langueſcit; te ſo-
lum vnicum cordis gaudiū totis cupiēs viſceribus
diſſimulas et quaſi aſpernando nullum das omni-
no intelligibile reſponſū. Nunquid non impiū aut
crudele eſt nimium cōdeſcendere nolle ei quaꝫ ipſe
vulneraſti. Sapientia. Magnitudo et pulchri-
tudo cuiuſlibet creature poterit pro me reſponde-
re. Diſcipulus. Nunquid ſufficit hoc anime amoroſe
Licet tuam potentiam ſapientiam ⁊ bonitatē inibi
relucere indubitanter cognoſcat et te per hoc qua-
ſi per quoddā veſtigium ſūme pulchrum et bonum


eſſe intelligat longe tamen adhuc diſtat a ſuo fine
deſiderato. Sapientia. Si hoc non ſufficit ſalteꝫ
de ſacra ſcriptura contenta ſit; vbi me ſufficienter
qui diligens fuerit poterit iuenire. Quamlibet pa
ginam pro littera amoroſa tanqꝫ in amoris ſolatiuꝫ
per me ſibi tranſmiſſam ſuſcipiat; quia quecūqꝫ ſcri
pta ſunt ad conſolationem ipſius ſcripta ſunt ad
ſubleuationem ſpei et inſtaurationem charitatis.
Nonne hec tibi videntur argumenta dilectionis a-
manti ſufficere debere. Diſcipulus O totius magi
ſter amoris et dilectionis quare ſic loqueris. Nun-
quid non es verus amator Nunquid non et prece-
ptor amoris. Et vt melius dicaꝫ certe amor ipſe es
Igitur vere et indubitanter noſti conditiones cor-
dis amoroſi; et ideo tam alieno modo loqui de amo
re te non conuenit. Tu ſcis o amator eterne ꝙ amā
ti nimis paruum eſt quicquid hoc eſt quod ſuum a
matum non eſt. Nichil enim amanti ſufficit; niſi ip-
ſum amatum cum preſens fuerit. En factus es in
corde meo quaſi ignis eſtuās clauſus vſqꝫ in oſſibꝰ
meis et deficio ferre non ſuſtinens. O amantiſſi-
mum amoris obiectum tu cordis mei tam poten-
ter poſſides domicilium te ī armariolo cordis mei
tam delicate teneo repoſitum ⁊ me totum ſic amor
tuus ſua conſtrinxit vi; vt etiam ſi lingue hominum
et angelorum cunctorum te michi preconio ſingu-
lari extollerent ⁊ multa de te narrarent ſeu ſcripta
amoroſa demonſtrarent minime ꝓficerent; quin po
tius amātis affectū īterdū īpedire poſſet īplere aūt

deſiderium non valerent. Sed illuc pergit tota cor
dis mei intentio: vt te ſolum vnicū cordis mei the-
ſaurum inueniat et ī te ſolo vero bono iugiter quie
ſcat Modica horula abſq; tua feliciſſima preſentia
michi anni vnius ſpaciū videtur habere Unde pia
dulcedo noli queſo indigne famulo tuo eſſe aliena
Nempe cum vnica die te michi ſolito magis alie
num ſentio mille annoꝝ curricula longumq; plato
nicum annum me cū tedio multo exulaſſe deploro.
Tu es enim paradiſus voluptatis tu paradiſus ſu
perceleſtis: qui inno omni paradiſo optabilior Nam
te iuxta votum habere eſt perfecte beatum eſſe.
Nam igitur ſi pietate ac clementia cūctos decet et
ornatos qui in poteſtate ſunt poſiti: quanto magis
decet maieſtatem tantam miſeratio magna et com
paſſio multa: Quare ergo o benigna ſapientia cle/
menter non conſideras miſera illa amoroſa corda
que ad te furſum reſpiciunt profundiſſimos gemi-
tus emittunt lachrymas effūdūt vberrimas clamā
tes poſt te plena voce: reuertere reuertere dilecte
mi vt intueamur te: redde nobis leticiam ſalutaris
preſētie tue Flent quippe incōſolabiliter timentes
ne forte offenderint faciem deſiderabilem bonita-
tis tue. Sedēt ſole ac ſolitarie qm̄ amaritudine re
plete ſunt: et in ſecreto cubilis ſui ſecum confabu-
lantur: et anima deſideranti ac ſuſpiranti hec vel
ſimilia dicunt. O quādo veniet. Quando reddibit
Putas videbo: putas oculi cordis mei videbunt l
quem oculi angelici proſpicere cōcupiſcunt. Michi
quoq; omniū te amantium minimo res hec triſtis
nonnūꝙ accidit vt dum dilectus meus me inſcio ac


dulci ſopore opreſſo abiiſſet ego flens dicebā. Heu
quo abiit dilectus meus Heu vbi requiram illum.
putas ne videbit ꝙ eū alliciat: affectūq; ei⁹ greſſus
ad me retardet. Heu prohdolor quare non vigilaui
Quare non tenui illum. Mi dulcis oſtēde te michi
redde te michi. Ledit namq; nimis tua abſētia: quē
letificauit preſentia Uiciſſitudo acceſſus ac receſſ⁹
me affligit vehementer. Indica ergo michi vmbra
culum ſub quo cubas refrigerium querens eſtū de
uitans: q2 aſcendit ſol ne iterum extra me vagari in
cipiam qui me in te repereram. Heu ꝙdiu hac ca-
rebo qua ſola habita cuncta deſiderabilia poſſide-
rem. ad me eam ſupplico mi dilecte inclinare com-
pellat impetus motus cordis mei ad te. Huius nā
q; motus violentia memetipſa ſpoliās ac tibi defe
rens ꝯcta iocoſa reddit oneroſa: deniq; ⁊ memetipſo
carens oneri ſum michi. Hec piis oculis intuere.
Iam enim deficio amplius ferre non valeo. Da er-
go te vt in te me recipiam: q̄ me ꝑ te perdidi. O mi
ra virtus amoris. Ego vere dico quia fortis eſt vt
mors dilectio Et enim cor michi o amor abſtuliſti ⁊
dilectio dediſti: eiq; ipſum tam inſeparabiliter con/
glutinaſti vt me certis temporibus quodammodo
reliquiſſe putetur et iam in dubium vertatur cui⁹
ſit vtrum ſubiecti quod viuificat vel obiecti quod
eſtu feruidiſſimo amat O cor dic michi queſo cui⁹
ſis: vtrum me illius quem totis amas viſceribus vl
illius cui vitam das. Si mecū es o ꝙ parum mecū
es: o quotiens alibi/es. Neſcio vbi es ſi non es cum
eo cuius es. Ego vero nulli te tam libere dimitte-
rem niſi dilecto: quem pluſꝙ propriam vitā diligo.

Et quia eum pluſꝙ me diligo: ideo tāto magis me
cum es quanto plus eius es, cuius et ego.
Namq̄ꝫ non ſolum te ſibi appropꝛias ſed et me to-
tum quoq̄ꝫ ſimul mecum trahe: nec ſibi vendicas
cum effectu. Si ergo eius es immo vero quia eiꝰ
es non modo creatione et redemptione ac ceteris
ſimilibus cauſis ſicut et alie rationales creature:
ſed et eius es quodam ſingulari priuilegio ſcilicet
voluntaria ac libera donatione. ſiquidem tu es il-
lud iocali quod inchoantibus amoroſe iuuentutis
mee temporibus omnibus mondialibus, terreniſq̄ꝫ
amatoribus priuatum ſibi pro arra amoris pro io-
cali dilectionis pro ſigno charitatis obtuli et ip̄m
ſui nominis litteris ſanguineis conſignans thronū
eburneum reclinatorium aureum ac thalamum nu
ptialem ad quieſcendum in eo ſibi conſtituit igitur
dic michi qualiter recipere vis illam tuam amicā
et ſpiritualem ſponſam eternam ſcilicet ſapientiā
cum redierit et ad hoſtium cordis ſtando ac pulſan
do petierit ſibi aperiri. Ego inquit non diu tarda-
bo nec dilectam diutius expectare permittam: ſed
in occurſum eius feſtinanter occurram et brachiis
deſideriorum meorum affectuoſiſſime extentis di-
lectum votorum meorum inter ſalutationis verba
immo amplexus conſtringam. Et ſicut clauſus ioā-
nes in vero matris ad preſentiam eterni regis tri-
pudiādo ſaltauit: ſic et ego clauſus ergaſtulo ad tā
ti ſponſi preſentiam medullitus exultabo eumq̄ꝫ in
voce exultationis talibus verbis de theſauro amo
ris aſſumptis ſalutabo dicens. O dilecte mi abyſ-
ſus profundiſſima deſi deriorum meorum et virtus

 

medularum mearum totaq̄ꝫ ſimul congeries viſce-
rum meorum te ſalutant ex intimis et precordia-
liſſimis anime affectibus tibiq̄ꝫ demandant tot ſa-
lutationes ac deuota ſeruitia quot in arboribus fo
lia et in celo fulgent ſydera ⁊ quot arene maris cir
cā lictora Sicq̄ꝫ deuote receptum ītroducam ad lo
cum propꝛium ſcꝫ cordis triclinium ſpiritualeꝫ tha
lamum. Sed prohdolor hoc eſt quod me ante ſcī̄
gemere compellit viciſſitudo ſcꝫ acceſſus et receſſꝰ
ipſius. Hoc namq̄ꝫ valde affligit animum meum
perfectiſſimo amoris gradu ſolidatum. Hec et
his ſimilia intima cordis ſuſpiria et amoris collo-
quia o eterna ſapientia audis nec attendis ſed nec
aduertere quidem aut curare te ſimulas. Sapi
entia. Uideo ſingula et attento cordis deſiderio
proſpicio vniuerſa ſed expecta pauliſper et indica
michi verbum quod a te quero Nunquid non qui
multa loquitur ipſe nō audiet: aut qui multa inter
rogat ipſe non reſpondebit. Reſponde ergo ⁊ tu mi
chi quod quero Quidē eſt hoc qđ potiſſimum cele
ſtes ſpiritus querere et intendere debent ī ſua ope
ratione Diſcipulus. O omnium prudentiſſima pō
deratrix ꝟtutū eterna ſapiētia quō ſimplex ⁊ īpita
ad hāc interrogationē reſpondere potero. Sed tu
ſūma celeſtis diſciplīe magrā rn̄dere ꝓ me obſecro
Sapientia. ſcire igit̄ debes ꝙ angelici ſpūs ⁊ viato
res ꝑfecti nichil tm̄ ī ſua ꝑatione q̄rūt ꝙtū confor-
mitatā oīꝫ actionū ſuaꝝ ad meā volūtatē Meꝰ īgr di
uina ſapīa cibꝰ ē vt faciā volūtatē pr̄is mei q̄ ī celis
ē Hic ē cibꝰ angeloꝝ ſimulq̄ꝫ ꝑfectoꝝ viatoꝝ vt de-
lectāt volūtatē dn̄i ſui adipleri ī ſe vniuerſalē ī om-
nibus creaturis Unde ad opꝰ vile de ſuo genere de

lectabilius ferentur: q̄ ad honorificentius ſi volun-
tati mee id foret magis acceptum diſcipulus. O
ſumma ſapientia q̄ occulta ſuggillatione tua nunc
reſponſione imperfectionem meam percutis. Inte-
dis .n. ni fallor queruloſitatem meam modo vrbane
reprehendere: defectum longanimitatis damnare
qui dulcia quero: aſpa quo ad poſſum fugio. Sapi-
entia. Tāta dʒ eſſe abſolutio affectus probati diſci-
puli. vt nō ſolum corporalibus delectationibus nō
ſit alligatus: ſed neqʒ pro ſpiritualibus tm̄ ihiaret
vt eas carnis q̄ ſummum bonum in ſeipſo accepti
querendo appeteret. Conſidera ergo teipſum quid
queras aut quid diligas Imperfecti enim quiqʒ ea
que dilecti ſunt non querſit: aut ei ſua incommoda
declinant ſicut ſerui: vel ſua lucra ſectāt ſicut mer-
cenarii Veruntamen vt interrogationi tue principa-
li de viciſſitudine viſitationum mearuʒ que animā
vt dicis affligunt amoroſam plenius reſpōdeā Sci-
re debes q̄ interdum et frequentius aliis cauſis p̄-
termiſſis ipſa anima huius ſubtractionis cauſa exi-
ſtit dum radio ſolari feneſtra per opaca quedā pre-
cluditur: vel hoſpiti tanto irreuerentia ab intra ex-
hibetur: vt proinde exire de dilecta atqʒ in hoc non
dilecta cogatur ipſe cuius delitie ſunt eſſe cū filiis
hominum Interdum quoqʒ adueniens exultationē
tribuo manſionem faciens apud dilectam non ma-
nifeſte quidem ſed occulte atqʒ latenter: ita vt pau-
ciſſimi ⁊ non niſi expertiſſimi queant preſentie mee
myſteria cognoſcere. Diſcipulꝰ. Dn̄e vt video pitiſſi-
mꝰ amator es tu Oro igit̄ ⁊ deſidero vt m aliq̄ inſi-
gnis tue ſactiſſie ac certiſſie pn̄tie oſ̄dere digneris





Sapiētia. Si preſentiā meam deſideras cognoſcere
temetipm̄ qualis ſis in abſentia gratie debes dili-
genter examinare: et ſtatim quod queris inuenies
Summū namqʒ bonum cum ſim preſentia mea cū-
cta bonitate adīpleo: ideoqʒ ſicut cauſa per ſuū ef-
fectum cognoſcitur: et ſol in ſe inuiſibilis per radio-
rū ſuorum repercuſſionem viſibilis efficitur: ſic ⁊ pn̄-
tia mea deprehenditur per ſuam fecundiſſimaʒ bo-
nitatē. Nunc igitur ſi vnq̄ bonitatem preſentie mee
vel abſentie ſterilitatē probaſti profer in mediuʒ: vt
inſtructus inter graminavaleas dignoſcere flores.
Diſcipulus. Si cuncta cordis mei mēbra in līguas
verterētur et omnes artus humana voce reſonarēt
nō poſſent exprimere nec perfecte enarrare hoc qd̄
a me queris. Sed vt verū fatear huius rei cauſa in
amplitudine mirabiliū dei ſepiſſime ad cor altū ex-
ſurrexi: vt exultaretur deus dicens in memetipſo.
O ſi talis preſentie dei tā immenſa bonitas eſt ī ho-
mine peccatore cuiꝰ vita minima et exercitia nulla
q̄d ergo eſt in aliis vbi vite innocentia gratiarum ac
virtutū copia tam eſt immenſa. Verumtamen hoc
modicū quod expertus ſum prout dederis proferā
vt in eiuſmodi pleniorē habere poſſim directionem
premiſſorū. Igitur o ſumma bonitas cum faciē tuā
gratioſā bonitate et ſuauitate plenam a me auer-
tis cū internam conſolationem ſubtrahis et lumen
in manibꝰ abſcondis: tunc anima miſera ſubito im-
mutatur et velut languida ⁊ tabeſcens efficitur laſ-
ſitudo exinde corporis ſubſequitur et cordis duri-
tia ac ſpiritus triſtitia ſentitur: tedium quoddam
virulentū occupat fines meos: ita vt tedeat animā

meam vite mee oīa que videntur vel audiuntur eti/
am ſi bona fuerint nauſeā tunc prouocant ſpiritua
lem. Receſſus iterum tuus horrorem loci: celle fa/
ſtidium: fratrū pariter mecum cōmemorantium a/
ſpernationem inducit et aīa mea dormitare incepit
pre tedio vt interdū ex puſilanimitate ſpiritus ne/
ſciat vnā veniat aut quo vadat. Experientia inſuper
certiſſima pſuaſum habeo me tunc eſſe ad vitia p/
cliuiorē ad reſiſtendum tentationibus debilē: et ad
oīa exercitia ſpiritualia minus valentem. Omnis q
me illo tēpore queſierit vacuam domum inuenit.
qr bonus paterfamilias omnes domeſticos benedi
ctione et hylaritate replēs abſceſſit: et domicilium
vacuū dereliquit. At vero cum preclarus ille oriens
ſplēdor lucis eterne in medio tenebrarū cordis mei
exurgēs et procedēs pulchre exoritur: o mutatō de
xtre excelſi tūc oīs melancolice complexionis nebu
loſa cōgeries diſſoluitur et vor caliginoſa ſicut di/
es illuminatur triſtibus cunctis ſubmotis. Et ecce
cor riſu perfunditur: os iubilo repletur. gaudet aīa
ſerenatur cōſcientia. plaudent cum tripudio omnia
oſſa mea deum ſimul laudantia ac dicentia: quoniā
bonus quoniā in ſeculum miſericordia eius: et can
tent in viis domini: quoniam magna eſt gloria domi
ni. Tunc incipit voluntas cum gladio feſtinare: et p
pre exultatione ſolēnizare: ita vt tantis gaudiis in/
fuſis nonnumqȝ iuraſſem: qȝ hanc diem luminoſita/
te tam inſignem reſurrectionis dominice ob preco/
nium orbi terrarum ſtellifer orbis adduxiſſet. Ni/
mirum cum in me extinctum putaueram oriebar vt
lucifer: et habitātib⁹ ī regiōe vmbre mortis lux ex



ta eſt eis. Tūc omnia que prius dura et aſpa et quo
dammodo impoſſibilia videbantur dulcia reddebā
tur et leuia: ieiunium dulce: vigilie breues: cuncta/
qȝ exercitia parua videbantur pre amoris magnitu
dine. In ea quoqȝ hora gratie ſpiritualis vitā emē
dare: mores corrigere ac multa bona facere propo/
no: que gratia recedente heu minime ad effectum
perduco. Anima repletur claritate et veritate ac
dulcedine tanta perfunditur: vt pene ſeipſam et om
nium ceterorum obliuiſcatur. Meditationes melli
flue ad libitum confluunt. lingua infantilis diſer/
ta efficitur: corpus pigrum ad mandata dei prom/
ptum redditur. Et vt breuiter dicam: tanta eſt gra
tie copia ex omni parte diſtillans: vt omnis qui pe/
tit accipiat: et qui querit inueniat: et pulſantib⁹ a/
periatur. Tunc cunctis viſibilibus altior effectus:
omnia temporalia calcaſſe et in atriis celeſtis hie/
ruſalem me ſtare arbitror: ita vt auſpitia quedam et
initia futuri ſeculi quodammodo incipiam pregu/
ſtare. Oēs enim affectus in amoris gaudio iuncti ī
ſola conditoris fruitione quieſcunt. Hec inquam et
his ſimilia in penetrabilibus cordis geruntur. V/
trum autem ex me vel ex te peto informari. Sapi.
Perditio tua ex te: ex me tantum auxilium tuum.
Ex te non niſi deficis et ad nichilum tendis: hec
autem et his ſimilia per preſentiam meam tibi no/
ueris conceſſa. Nam hic eſt ludus amoris quem in
anima amoroſa habere conſueui. Diſcipulus.
Et quid eſt ludus amoris? Sapientia. Lu/
dus amoris eſt gaudium et dolor que ſibi inui/
cem ex preſentia vel abſentia dilecti ſui ſuccedunt.

Hoc propꝛium amoꝛis eſſe ſolet: vt quantus ſit preſentie amabili lateat; recedente vero percipiatur. Diſcipulus. Hic ludus amoꝛis nõ michi videtur ee gaudii ſꝫ meroꝛis. Sꝫ obſecro te putas ne ſi ab hac viciſſitudine viſitatiõis in hoc tempoꝛe aliqui viatores priuilegio ſingulari excipiãtur. Sapientia paucíſſimi. Nimirũ tanta in homine diuinorum participatio ſtabilitatis: eſt quedã inchoatio eternitatis. Diſcipulus. O qui ſũt illi et cuius conditionis qui ad tantã confoꝛmitatem perueniunt. Sapientia. Hi ſũt qui videlicet puriſſimis affectibus ab ĩfimis abſtracti in lõgo tam vſu ⁊ exercitio deifoꝛmes quodã modo effecti diuinis rebus continue vtuntur: ꝙ per exceſſum mẽtis perfectiſſime omne mediũ diuidẽs deum et animam tota alacritate depoſuerunt. Diſcipulus. Dũ hec audio aliquando ingemiſco: eo ꝙ talibus in vita ⁊ experientia adhuc tam lõge me eẽ cognoſco. Proinde quia hec perfectionis ſumma facultatẽ meam excedit: volo a te ſcire qualiter diſcipulus inexpertus in huiuſmodi viſitatione ſe debeat tenere. Sapientia. In die bonoꝝ ne immemoꝛ ſis maloꝝ: et die maloꝛum ne immemoꝛ ſis bonoꝝ vtſic te quidẽ nec in preſentia gratie vltra modum extollas. nec ĩ abſẽtia vltra quod expedit deprimas ſꝫ velut aioth vtraqꝫ manu vtere ꝓ dextera. Si adhuc es nouella plãtatio et aſſidua irrigatione eges ſaltẽ hoc facias vt hãc viciſſitudinem non impatienter feras licet faciẽ meam ſemper inquirere debeas diligenter. Diſcipulus. O ſi inſpicere velles: ſcires vtiqꝫ quia diuina dilecti expectatio magna cordis eſt afflictio. Sapientia. Haud dubium hanc rotam amoꝛis volubilẽ ſuſtinebit quicumqꝫ amare voluerit. Nec mirũ. Neqꝫ enim mundi huius amatoꝛibus ſẽper pꝛoſpera: ſed etiam interdum ſuccedunt aduerſa. Qđ ſi foꝛte minus expertus es interroga quẽpiam ex eis et dicet tibi quia laboꝛabit omnis qui amare voluerit. Sunt quidẽ nonnulli amatoꝛes nimiuꝫ vtiqꝫ molles qui dum amoꝛi ad hoꝛam ĩſeruiunt ⁊ amatoꝛes ſꝫ ſine laboꝛe eſſe volunt: quibus ſi ſtatim iuxta votũ aura optata non arriſit: a ceptis cõtinuo deſiſtunt. Et hi ad fructuꝫ amoꝛis minime ꝑueniunt: eiſqꝫ tanqꝫ indignis dicitur. Militie ſpẽs amoꝛ eſt: diſcedite ſegnes. Proinde feruidus amatoꝛ vt ad fructũ amoꝛis deſideratum perueniat debet eſſe ſedulꝰ: longanimis: obſequioſus: nec faciliter deſiſtere debet etiã ſi mille vicibus repulſam patitur ſemper exiſtẽs bone ſpei cogitans quia laboꝛ impꝛobus oĩa vincit. Quid mollius aqua? Quid lapide durꝰ? Et hic frequenti ictu aque cauatur. Et vt rumoꝛes bonos tibi et veris amatoꝛibꝰ ad audiendũ delectabiles ſubinferam: noueris ꝙ hec diuiniſſima pꝛo qua laboꝛas ſponſa rogari vult obſequiis delectatur. Quis videlicet tã ſubito et in rebus caducis obtinet quod amoꝛi placet. Roget ꝑ fide ⁊ poſtulet ac obſecret nec deſiſtat: et ego ei vere introitũ iuxta coꝛdis votum pꝛomitto. Non eſt enĩ inuenta in oĩbus finibus iſrael que tam facilis ſit ad exoꝛandũ: tã pꝛompta ad exaudiendum: ad reddendũ votum tam pia ſicut hec tua diuiniſſima ſponſa En pꝛe magnitudine amoꝛis ſe cohibere diu non valet. Non poteſt expectare donec rogatur ſed pꝛeoccupat ſe querentẽ et ſe pꝛioꝛem eis oſtendit. Stat

in foro in medio plateaꝛū: in foribus poꝛtarum dat
vocē ſuam; omnes alliciens et ad ſuum trahēs cun-
ctos amoꝛē. Qui amare me voluerit omni tempo-
re me ſuā amabilem ſpectare ſtudeat; ſicut ⁊ ego iu-
giter meū amatoꝛem ſpectare conſueui. Siquidē
neſcit vtrū ab oriente vel ab occidente ſeu a ſeptem-
trione aut meridie veniat quā pꝛeſtolatur. Ignoꝛat
etiā vtrum mane vel meridie vel galli cantu hoſtiū
pulſet; ⁊ aperiri petat. Nā ſepius dum animus inq-
rendo anxius exiſtit; querendo nō inuenit; ſed cum
minime putauerit dilectū pꝛeſentem habebit. Se-
per enī cupio dilectam amoꝛi eſſe paratam; nec eā
de ſuis meritis pluſq̄ de mea dignatione volo con-
fidere. Poꝛro nō ſufficit vnā hoꝛula tempoꝛis cū
dilecto expēdere; ſed neceſſe eſt ſepius inuocare ⁊ vi-
dere: qui ei⁹ occulta ſuſſurria vult intelligere et pꝛe-
ſentia eius potiri deſiderat pꝛecioſa. Et vt dulcib⁹
his ſermonib⁹ verba increpatoꝛia non tamen min⁹
amatoꝛia miſceam⁹ arguere valde te opoꝛtet; quia
vere ī huiuſmodi exercitiis amoꝛis repꝛehenſibilis
es. Cur ꝓh pudoꝛ tu qui miliciam amoꝛis aſſumpſi-
ſti; qui hanc noſtrā philoſophiam pꝛofeſſus es ⁊ ei⁹
dulci iugo humerū tuum ſuppoſuiſti; cur inq̄ vaga-
būdo coꝛde oculis tremulis ac ī fine oꝛbis terre ro-
tatis ſtare coꝛā tanta ſponſa pꝛeſumis; que indefeſ-
ſo aſpectu ſerena et gratioſa facie iugiter te pꝛoſpe-
ctat nec oculos ſuos a te auertit. Quam verecun-
dum ſingulis quibuſq̄ auditum pꝛebere; vt nō poſ-
ſit que diuina ſapientia in te loquitur audire. O q̄
turpe eſt diſcipulo amoꝛis ſeipſum tantum obliui-
ſci; vt ei⁹ non aduertat verba interna cuius vbiq̄ in



datur pꝛeſentia. Merito ꝓinde tanq̄ ab indigno ſe
ſubtrahit; cū te non in te nec in ſe ſed extra te et ſe ī
mūdi ſtrepitu inuenit. Hec queſo emendare memē-
to. Perpende q̄ indecens exiſtat; ſi anima quicq̄ ī
exterioꝛib⁹ querat que regnum dei intra ſe poꝛtat.
Regnum quippe dei intra vos eſt quod eſt iuſticia
pax ⁊ gaudiū in ſpiritu ſancto. Amen

¶ Quare diuina ſapientia ſuos charos in hoc mun-
do permittit tam multipliciter tribulari. Capi. ix.

Iuſtus quidem tu es ſi diſputem tecum: ve-
rumtamen iuſta loquar ad te. Quare via
impioꝛum pꝛoſperatur bene eſt omnibus qui pꝛe-
uaricātur et inique agunt. Plantaſti eos et radicē
miſerunt pꝛoficiunt et faciunt fructum. Materiā
ventillatam multifarie et frequenter diſcuſſam ac
reuerſatam opus non eſſet reſumere: refricatio tri-
bulationum aduerſitatum iteratio replicationem
querulosam quoq̄ aduerſum te rectoꝛ oꝛbis expo-
ſit. Nunquid enim vano oſtentationis ſpiritu homi-
nibus ſuadeo? Deus ſcit. Aut nunquid contra ho-
minem diſputatio mea aut ad hominem et non ma-
gis pꝛopter refrigerationem ardoꝛis coꝛdis contri-
ti et humiliati et a pueritia vſq̄ ad hanc diem paſ-
ſionibus et miſeriis vexati? Aut quis non ſimilia vel
maioꝛa paſſus compati ſciret ſicut tu qui ex his
que paſſus es compaſſionem didiciſti? Sicut enim
cecus natus de non viſis coloꝛibus imperfecte ſyl-
logizat; ſic qui non es paſſus aduerſa tanq̄ iner-
pertus minus perfecte de tribulationibus iudi-
cat. Aut quomodo poſſent credere illi quoꝛum

domus ſūt ſecure et pacate et non eſt ira dei ſuper
eos q̄ ducūt ī bonis dies ſuos delicate nutriti:ī ſola-
tiis educati:robuſti:ſani:felices:dignitatib⁹ hono-
rati:gradib⁹ ſubleuati:bene ꝑentati:quorum viſce-
ra plena ſūt adipe et oſſa medulis rigantur:his qui
habēt menſas vacuas et noctes laborioſas:qui no-
cte ⁊ die replētur doloribus:et iugiter in amaritu-
dine aīme ſunt quibus foris pugne intus timores.
quos nec ſinis ad ictū oculi q̄ſcere. cum et nos hſia-
ne deputata quieti in inquietudinē eis propter ti-
mores nocturnos cōuertatur. honor temporalis ab
eis tollitur ⁊ gloria mūdi fruſtrantur:deſpicabiles
inter multos reddūtur:opprobriis ſaturantur:tra-
dūtur in prouerbium et in exemplum fiunt:omniū-
q̄ piſma vſq̄ adhuc. O q̄ bene ſapiebat qui hec ea-
dē ſentiens dicebat. Sunt iuſti quibus mala proue-
niūt quaſi opera egerint impiorum:et ſunt impii q̄
ita ſecuri ſūt quaſi iuſtorum facta habeant. Amor
tuus videtur eſſe ſicut volumē volans quod guſta-
tum quod ī ore eſt ſicut mel dulce:comeſtum autem
amaricare facit vētrem propter laborem amorē tu-
um concomitantē. Elementa ac puerilia amoris tui
ſunt tribulatiōes ⁊ miſerie. Prius nam q̄ paſſ⁹ ac-
cedentiū ad te prima pagina te legentium: primum
exeniū ac iocale te diligentiū eſt iſtud. Fili acce-
dens ad ſeruitutē dei. ſta in timore et prepara ani-
mā tuam ad tentationē. Bene dicit ad tentationem
vere ad miſeriā et tribulationem. ita vt cunctis die-
bus militie tue ſcis in conflictu ⁊ certamine:vt for-
tuna tibi raro aut tā q̄ ad optata arrideat. Non de
omnibus loquor. Tu ſcis dn̄e quos ad opus tā ce-





tremum elegeris. Si ſanitate ac robore aut elegan-
tia gaudent corporali multipliciter flagellari conti-
nuo incipiunt deficere. et vel exquiſitis caſtigatio-
nibus vel grauiſſimis infirmitatibus oppreſſi lan-
gueſcere coguntur. Si aurum eis eſt vel argētum
fures veniunt et furant:vel q̄ difficili⁹ eſt affcm̄ ei⁹
ab ipſis reſcidis. Si poſſeſſiones agroꝝ aut vineaꝝ
aut oliuaꝝ eis ſūt cū aliis ꝓſpera arriſerit aura hic
grando vel pluuia cōſūit. Reſiduum eruce cōedit
locuſta et reſiduū locuſte cōedit bruc⁹:et reſiduū
bruci cōedit rubigo. Domine dabis eis. Quid da-
bis eis. Panem artum et aquā breuem. Hic eſt ci-
bus ille regius q̄ ſequit̄ ſeruos tuos. Si trāſit ma-
ria:ventus contrariatur. Si per terrā ire diſponit
ſi multis diebus celū terre ſerenitatē cōceſſerat:ec-
ce cū hic tuus/vt ſic loquar/miſer amator ad lucem
venit et ad viam ſeparauerit conglomerātur nubes
terra ībribus perfunditur et vel pluuia vel eſtu ni-
mio aut etiam gelu ītēperato ſeruus ille tuus affli-
gitur. Mira res pariter et ſtupenda. Nunc mures
in oculto non ſiunt ipſum quieſcere:nunc milui ī ce-
lo cum ad lucem prodierit aut etiam corui crocitā-
tes in ipſum quaſi ſubſanatorie impingunt. et ſiue
taceat ſiue rideat diſplicet. Quod ſi quis contra
eum etiam tacentem nullum verbo aut facto le-
dentem ſe erexerit omnes concurrunt ad maledicē-
dum līguas acuunt et velut rabidi canes lepuſcu-
lum plebem inualidam et ſe omnibus ſubſternen-
tem inſequuntur lacerant ac diſcerpūt. Sed vt etiā
hec de tua gratia inferam. ecce ipſi dicunt. Diligit
de⁹ odiētes ſe et odio habet diligētes ſe. illis bona

iſtis mala largitur Et quod his maius eſt tu quoqꝫ
iudex iuſtus partē aduerſam ſic te fouere oſtendis
vel ſimulas:vt omnino taceas;quaſi non ſit tibi cu/
re de tuorꝫ ſubuerſione ſeruorꝫ. Sic perit iuſtus et
non eſt qui recogitet. Et qꝛ impius preualet aduer
ſus iuſtū propterea egreditur nunc ſicut olim iudi
cium peruerſum Nōne et hoc quaſi impatienti aio
cōquerebatur ille amabilis et re et nois interpre
tatione propheta dn̄i qui dicebat;quare non reſpi
cis ſuper iniqua agentes et taces deuorante impio
grata preſentia veluti pane vite et intellectus ciba-
ſti. potu quoqꝫ ſapientie ſalutari potando inſtruas
reſpondens tuo famulo ad queſita. Primo igitur
quero quid per tuam preſentiam conferas hu-
mini te deuote in ſacramento ſuſcipienti. Sapi-
entia. Queſo vnde procedit hec interrogatio: Ama-
tor es an mercenarius. Putas ne hanc interroga-
tionē idoneam eſſe animo amoroſo Intenſe amans
dummodo ſuum amatum habeat:non multum alia
curat. Dilectum querit. et ideo dilectum habendo
bonum vtile diſſimulando tranſiit. Pro amore que-
ris. aut pro amoris mercede. Quid melius: quid
vtilius quid ve precioſius habeo memetipſo: Qui
habet hoc quod noſcitur amare quid vlterius hoc
debet conſiderare: Qui ſeipſum totum amico ſuo
dedit. quid queſo ei negauit: En in ſacramento me-
metipſum tibi tribuo te tibi ipſi aufero. et te in me
ipſum conuerto. Non enim tu me mutabis in te
ſicut cibum carnis tue. ſed tu domine mutaberis in
me. Sed fortaſſis mundum in amore perfectus es
non ſolum ipſum ſed eius aliqualem diligens mer-
cedem. Et ideo ego nunc tibi reſpondeo per vnam
interrogationem que interrogatio eſt equipollens
Sed tu dic michi quid confert ſolis fulgor aeri.

cum in tota virtute ſua abſq̧ nube rutilat et ipſum
quaſi ꝑpendiculariter penetrat ī tempoꝛe meridia
no/vel quid pꝛeſtāt micantes pliades aut lucifer ra
dioſus caliginoſe nocti/aut certe q̄d decoꝛis affert
vernalis ſeueritas terre hiemali glacie conſtructe
Diſcipulus multum itaq̧ fructm et magis decoꝛē
ſingula hec ſecum afferre dubium non eſt·Sapien-
tia Magna quidem hec tibi videntur atq̧ glorioſa/
quia non ſunt et cōpꝛehenſibilia·ſ3 reuera dona ſpi
ritualia in ſacramento collata ſuo modo ſunt mul-
to maioꝛa·Nā minima gratia gratum faciens quā
in ſacramento deuote ſumēs meretur recipere ma
gis animā in futuro ſpirituali irradiatione clarifi/
cabit q̄3 aliq̄s ſolaris radius aerem puru3 poſſit il/
luſtrare cum ſpiritualia incoꝛpoꝛabiliter excedant
coꝛpoꝛalia tacitis nichilominus diuinis et occulta
tis quibuſdā illuminationibus quib⁹ anima inter-
dum etiā in hac erūnoſa meretur perfundi intantū
vt ſibi putet abyſſum claritatis aperiri que tamen
a nullo ſenſu compꝛehendi poſſunt ſed a ſolis reci-
pientibus cognoſcuntur·Item talis gratia maio-
ris illuminationis in futuro ſeminarium exiſtit q̄
ſi omnia ſidera celeſtia in vicino terre poſita eſſent
et hunc mundū tota virtute illuminarent·Item ta-
li gratia fideliter reſeruata maioꝛem pꝛeſtabit ani
me in futuro venuſtatem et pulchꝛitudinem ſpiri-
tualem q̄3 aliqua eſtas cunctis terre germinātib⁹
coꝛpoꝛale3 vnq̄3 poterit pꝛeſtare decoꝛem· Et ſi vis
hec omnia certius noſcere:diligenter perpende cō
ditiones huius ſacramenti Nonne diuinitatis ra-
dius in hoc ſacramento velatus in pꝛima aute3 cla





rus et manifeſtus pꝛeſtantioꝛ eſt ad clarificandam
hic animam ſibi per gratiam iunctam:ī futuro aūt
per gloꝛiam q̄ ſol iſte viſibilis ad illuminandum to
tius aeris emiſperium·Nā ipē ſolus eſt qui illabit
eſſentie et ſpūs beatos ſeipſo replet:vt iam cum eo
vnus ſpūs fians O q̄ta erit gloꝛia q̄ immenſa cla/
ritas·cum aīa tota extra ſe poſita tota in deū tranſ
foꝛmabitur: Item coꝛpus meum gloꝛificatum hic
fideliter cum gratia ſacramenti ſumptū nōne totā
celeſtē curiam et quālibet electam animam maioꝛi
venuſtate valet decoꝛare q̄3 curſus ſyderum et va-
rietates tempoꝛum terram hanc poſſint coꝛporaliꝰ
adoꝛnare·Item anima mea nobiliſſima et verbo vi/
ciſſime vnita in hoc ſacramento contenta nōne ma
ioꝛis eſt luminoſitatis ſuo modo foꝛmaliter et effe-
ctiue quam ſint omnia aſtra matutina et ſydera ve/
ſpertina· Et hec omnia fideli anime ex ſacramenti
huius debita perceptione in futuro largientur exce
ptis aliis gratiis et vtilitatibus quotidianis ma-
gnis et innumeris qui et ſepius replicantur·Diſci
pulus·Stupeo cum audio tot inſignia de hoc ſacra
mento gloꝛioſo ⁊ mirabilia:ſed pꝛecoꝛ ne ſpnas vnā
quam pꝛopono dubitationem·Ex quo oīpotēs de⁹
hoc venerabile ſacramentū tam innumeris et glo-
rioſis affectibus ſpūalibus dignatus eſt decoꝛare:
non ſolum in futuro ſed in pꝛeſēti·queſo quare hoc
totum ſit ſic occultum et abſcōditū vt pene a nullo
percipiatur nec eius virtus ſi audeo dicere creden
tibus apparere ſatis videatur· Quid circa alios a
gat neſcio:cum non ſim exploꝛatoꝛ conſcientie alie/
ne:hoc vnum aliquotiens in me expertus ſum q̄ cū

ad ſacroſanctum corpus et ſanguinem dominicū ac
cedere volui a quo tanta bona procedere audiui in
tanta cordis duritia et mentis quadam hebetudine
me inueni accedentem et recedentem ꝙ oīm ſpiri-
tualium illuminationum et diuinorum chariſmatū
de hoc ſacramento procedentium prout aduertere
potui tam exps remanſi; ꝙ nec in aliquo ſuauē ei⁹
guſtū in me ſentire potui; ſed ſic ſine fructu remanſi
ac ſi penitus nullum affectum ipſum ſacramentum
in ſe haberet. O magnum conſilium altiſſimi O ſi
auderet famulus inſipiens et ſtultus reprehende-
re dominum ſapientiſſimum ⁊ irreprehenſibilē per
optime omnia diſponentem. Quare queſo tota ſic
occultaſti bona et tam imenſa. Nonne melius eſſet
vt euidentioribus inditiis et manifeſtiorib⁹ experi
mentis fidē tantoꝝ inſtauraſſes myſteriorum. Sa-
pientia. An ignoras qꝛ per fidē ambulas et non ꝑ
ſpeciem. Sed quod ſenſus indicat experientia pro
bat; fides qualiter poteſt recipere. quinimmo ne-
ceſſe eſt fidem deficere. vbi domonſtratio cognoſci
tur locum habere. et per cōſequens meritum fidei
peribit preclarum. Si ergo vis ſacramenti huius
myſterium experientie committere neceſſe erit fi-
dem et fidei meritum de medio tollere. Et quid ſi
electus aliquis cogitationes timidas pretervolen-
tes ſentit nec tamen conſentit. Utiqꝫ coronabitur
ſi legitime certauerit. Aperi queſo librū cordis tui
et vide qꝫ euidētiſſima cogitatione huius ſacramē
ti myſterium datur cognoſci quorundam cordibus
Et quidem ſi non ſemper; quandoqꝫ tamen ex gra-
tia et ꝑuilegio ſpūali datur quodammodo ineffabi-



liter ꝑcipi v̄itas huius ſacramēti; ita vt et ſi poſſi-
bile ſit eſſe aliquam ſcientiam maiorem et certiorē
ſcientia fidei; per hanc ſciri et cognoſci datur hui⁹
ineſtimabilis ſacramenti veriſſima exiſtentia vt pro
tunc fides quodam modo actualiter ceſſare videa
tur ⁊ res putentur tranſiſſe in verā perfectamqꝫ co
gnitionem. Hec quidem dixerim nō ſecundum cur-
ſum cōeꝫ cum omnium ſciētiarū elementa et princi
pia hec excedat cognitio Nec ipſis quidem clariſſi-
mis hec ſcientia ſemper aderit deo melius eis ꝑ fi-
dei principia prouidente; ſed ſolum interdum cum
videlicet anima ad ſuperna rapitur et ad celeſtia
myſteria cognoſcenda eleuatur; prout tunc diuina
gratia hic vel his ſimilia dignatur manifeſtare que
reuelat de tenebris occulta et enigmaticas ac ſēſibi
les interdum dat ſupergrediendo manifeſtationes
et ad inuiſibilia et archana ſecretorum dei extollit
a quibus tamen cum auulſus fuerit rurſus redibit
ad cōſueta fidei documēta prioꝝ pene ignarus Igiť
ex his patēt collige ꝙ hoc ſacrꝫ nō iō min⁹ eſt verū
qꝛ ſpūalis ei⁹ effect⁹ īuiſibilis vł ſēſibiliter īꝑcepti
lis eſt Nā ꝑſētia diuina ibidē exiſtēs lux eſt; nō qdē
talis q̄ ab oculo corporeo videri poſſit vel q̄ ſe ad ex
teriora diffūdat; ſꝫ q̄ a ſolo ītellectu diuino vel ſalteꝫ
ab ipſo beatifico videri poſſit ⁊ q̄ ī ſuiipī⁹ eſſentia
lux eſſētialiť exiſtit. Nā ⁊ ſubſtātie ſpūales q̄to fue
rīt nobiliores; tāto ſīplitiores mīma nēpe q̄titate
ſꝫ maxīa aūt v̄tute. Diſci. O q̄ pauci ſt ī hoc mūdo
q̄ diligēti ſolicitudīe currēt ꝑōderaꝛ ſacramti hui⁹
precioſiſſimam virtutem et vtilitatem accedūt qui
dam arida quadam ducti conſuetudine morem cō-
munitatis ſequentes; feſtinanter non. vt accedant

ſed vt recedant feſtinantes non ex affectu deuotio-
nis ſed ex defectu diuini feruoris ⁊ ideo ſicut vacui
accedũt ſic ent inanes et ſine gratia recedunt Et hi
ſunt ſicut aīalia non ruminantia que in lege tanꝙ
immunda reiiciebantur. Non enim ſtudioſe recogi
tant nec pertractant quem recipiunt vel quanta bo
na ſeu mala hincinde ſequaris bene vel male reci-
pientes. Sed et ſi ſuperficialiter fortaſſis et qua-
ſi perfũctorie hec coꝝ memorie occurrunt ſtatim ve
lut parua ſcintilla in frigido pectore extinguitur ⁊
vltra non comparet. Sapientia. Tria ſunt gene-
ra hominum me ſacramentaliter recipiſentium.
Quidam ſũt omnino indiſpoſiti ſicut illi qui ſunt
criminalibus inuoluit quidam bene diſpoſiti ſicut
perfecti: quidã medio modo ſe habent ſicut indeuo
ti. Primi merentur eternam mortem et temporalē
maledictionem ſecundi vitam eternam et ſpiritua-
lem benedictionem. tertii panem artum et cibũ in-
ſipidum comedentes eius non percipiunt ſuauita-
tem. Diſcipulus. Quid ſi homo fragilis peccata
aliqua oculta fortaſſis commiſit ſed in procinctu
accedendi in peccatis conteritur et facit ſecundum
ſtatuta eccleſie hoc quod poteſt. nunquid audebit
de tua gratia homo hic peccator accedere. Sapien
tia. Si vere conteritur et conſilio ſpiritualium vtit
medicoꝝ: iam proprie loquendo peccator non eſt.
Maria magdalena dum corde cõmpſicta ad pedes
domini acceſſit et lachrymis hos rigauit nomen q̃
dem peccatricis habuit: peccatrix tamen amplius
non fuit quia ei chriſtus peccata dimiſit. Diſcipulꝰ
Enuſquiſꝙ in ſenſu ſuo abundet: ego autem in pro




poſito vere exiſtimo ꝙ huius ſacramenti diuina mi
ſteria omnem virtutem tranſcendant et oīa mirabi
lia opera dei in hoc mundo ſuperexcellãt. Quis eſt
xiuit ī hoc mũdo tã pure vel innocēter qui ſit idone
us miniſter vel ſuceptor huius ſacramenti vel qui
preſumere audeat de ſemetipſo quãdo petrus apo
ſtolorum princeps inclitus expulit dicens: exi a me
q2 peccator ſum dñe. Sic et ille cuius fidem ſingu-
lariter in iſrael dei ſapienta laudabat dixit. Non ſũ
dignus vt intres ſub tectũ meum. Quis igitur na
tus de muliere ſe condigne ad tanta miſteria pote-
rit ꝑparare Sapientia. Inter natos mulierum non
rexit qui ex ſola virtute et iuſticia operum ſuorum
tanꝙ ex condigno ſe ſufficienter preparare poſſit.
etiam ſi vnus homo haberet naturalem omniũ an-
gelorum puritatē et omnium cõprehenſorum mun
diciam ⁊ charitatem omniumꝗ viatorũ merita per
vite auſteritatez Ex his omnibus circumſcripta di-
uina gratia non fieret ſatis idoneus ad percipien
da tanta myſteria Diſcipulus O deus eterne q̃z ter
ribile eſt michi meiſꝙ ſimilibus peccatoribus hec
audire Heu: heu dñe deus et ſi celi non ſunt mun-
di in conſpectu tuo et in angelis tuis reperiſti pra-
uitatem homines quoꝙ magnorum operum te nõ
merentur ex iuſticca ſua recipere: vhe michi q̃d erit
de nobis qui in luto peccatorum continue voluta-
mur ſꝫ ⁊ velut claudꝰ ī limo ſic ī ipſis noſtris vtcũꝙ
bonis operibus modicis fluctuantes in duas par-
tes claudicamus qui parum vel nichil deuotionis
habentes nec de ipſis quidem negligentiis noſtris
prout oportet compungimur cum quãta nobis fo-

midine merito eſt accedendũ et timendum ne forte hoc quod deberet accedere ad veniam cedat ad ruinam. Sapientia. Attende diligẽter ꝙ hoc pietatis ſacramentũ eſt in remedium inſtitutum: et ideo quãdocunq; homo facit hoc ꝙ poteſt habilitando ſe ad gratiã ſufficit: nec requirit deus ab homine hoc qđ ſibi viderit impoſſibile eſſe. Quãdocunq; igitur ſuſcipiens facit id quod poteſt diuina pietas ſupplet per gratiam hoc ad quod ſine gratia peruenire nõ poteſt Et ideo ceteris paribus potius eſt accedendum ex confidentia diuine pietatis q̃z ex conſideratione proprie fragilitatis abſtinẽdum q̃zuis vtrũq; pro loco et tempore reddatur commendabile. Nonne egrotus feſtinat ad medicum: et pauper diuitis pulſat ad hoſtium Accede pulſat nichil heſitans. Medicus enim ⁊ piiſſimus et etiam optimus diſtributor largiſſimusq; remunerator: ipſe ſolo verbo reſtaurat vulnera ſua preſentia curat vulnera medetur cordibus triſtitiam depellit et cordis letitiam tribuit. Quis ergo tam inconſulte audeat dicere ꝙ hi qui ſunt ſpiritualiter infirmi non debent accedere ad eum qui languores mondanos tulit et ĩfirmitates ipſe portauit. Ecce mulier immunda acceſſit retro tangenſq; eum ſanata eſt. Peccatrix dum oſculatur ei⁹ pedes ẽ mũdata. Chananea dum ſequitur nec deſiſtit exaudita eſt. Leproſi accedentes curati: ſunt paralitici et cũcta nature mõſtra dum credunt et accedunt ſalutem conſequuntur. Nam virtus de illo exibat et ſanabat omnes Sed et publicani et peccatores dum appropinquant ad ieſum veniam merentur quinimo conui-



uium atq; hoſpitium eorum non ſpernit qui non venit vocare iuſtos ſed peccatores in hunc mundum Unde non inconuenienter dici poteſt: ꝙ ſicut aduẽtus eius in carne fuit in ſaluatione peccatorum: ſic et hec ſalutaris hoſtia ſit fidelibus collata in remedium peccatorum. Nam et dei ſapientia in vltima cena in inſtitutione huius ſalutiferi ſacramenti ſic dicebat. Hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur: et hic eſt calix qui pro vobis tradetur in remiſſionem peccatorum Qua propter cum feceris quod ĩ te eſt: accede ſeculare abſq; trepidatione et fide et charitate nichil heſitans de ipſius pietate. Diſcipulus. O verbum glorioſum et amabile vt et ego miſer peccator proprie conſcius prauitatis audeam accedere ad dominum maieſtatis. Sed nunc quoq; obſecro vt dicas michi vtrum melius ſit accedere frequenter vel rarius ad hoc celeſte ſacramentum. Sapientia. Super hac re communem et notam egregii doctoris auguſtini accipe ſententiam qui vtrumq; pro loco ⁊ tempore dixit eſſe cõmendabile: vt et pro reuerentia interdum abſtineatur et ex deuotione nichilominus accedatur Quibus vero ex frequenti acceſſu reuerentia ſacramenti pariter et deuotio accreſcit: his frequentatio vtilis erit. Diſcipulus. Sed quid de his qui quaſi ſemper in eodem videntnr permanent affectionis confinio non percipientes ſe ex hoc multum proficere ſed neq; deficere notabiliter: adhuc quoq; frequenter ſentiunt ſe duritia quadam oppreſſos: ita vt eis celum deſuper ereum et terra videatur eſſe ferrea ex ariditate ſpirituali et cor-

dis duritia:et licet ſolitum numerum expleant pſal
morum et orationum et ſe per confeſſionis lauacrū
expurgent:corde tamen duro et affectu remanent
frigido nec gratie ſpiritualis fructum aliquē per
cipiunt Sed et iſtud ſubinferam quod ſatis quidē
flebile et afflictum eſt bonarum mentium que cre-
brius de hoc conqueruntur:ꝙ vꝫ interdū in eius p-
ceptione gratia notabilius more ſolito ſe ſubſtrahe
re videatur ita vt quodammodo ſeruentem ſe ſper
nere et clamantem poſt ſe fugere putetur Hoc mi-
chi prorſus ſatis videtur mirabile pariter et lamen
tabile·Sapientia·Multis et cauſis atqꝫ modis du
ritia talis animam deuotam affligere conſueuit vt
expertorum extat ſententia Quibus omnibus pre/
termiſſis hoc ſoluꝫ teneas vt quandocunqꝫ per dili
gentem inquiſitionem te eideꝫ cauſam non dediſſe
inueneris ſed quod tuū erat feciſti·ſi ſuper hoc mē
tis duritia permiſſione diuina emerſerit q̄ electos
ſuos mille modis tribulare conſueuit nō te res hec
frāgat:nec te notabiliter huius rei cauſa a ſalutari
hoc ſacramento ſubtrahas:ſciens ꝙ diuina pietas
ſalutē anime ſepius ſecretiſſime et fideliſſime ope-
ratur cum ſolo fidei ſubſidio anima innititur nec ali
qua dulcedine ſpirituali fulcitur non minus q̄ꝫ ſi
cum proſperitate ſpiritualium chariſſimatum af-
flueret nec tamen in his ſe prout oporteret caute
teneret. Et ideo interdum tales vtilius ſubtrahū
tur vt ſubtracte auidius repetantur et recepte cau
tius conſeruentur:et vt ſic anima dilecta ī hūilita
tis ſcola excitetur ¶Porro vnū ē ꝙ valde notabile ē
quod et debes attendere diligenter·ſ·ꝙ hic premiſ





ſus ſpūalis ſapor ac internus quidam guſtus non
eſt fidei debitꝰ effectus;neqꝫ eſt preſentis temporis
ſꝫ eſt eterne beatitudinis:et cum datur in ſacramen
to vel extra gratias age:cum non datur gratias a-
ge ⁊ patienter ſuſtine:ſciens ꝙ non eſt in poteſtate
tua ſꝫ ſummi et benigniſſimi largitoris qui non pro
ut vis ⁊ quando vis:ſed quando ſibi placuerit dabit
prout iudicauerit eſſe ad ſuam laudem et tuam vti
litatem·Notandum quoqꝫ ꝙ ſummum illud bonuꝫ
eſt tam copioſū et infinitum:vt q̄to magis partici-
patur:tanto participans quodāmodo capacior ipiꝰ
efficiatur·Unde in hoc ſacramento ſepius cōtingit
ꝙ quāto ex timore inordinato ſe quis notabiliꝰ ſub-
traxerit:tanto de die in diem differendo maiorē in-
diſpoſitionē incurrit·Meliꝰ eſt ceteris paribus ac-
cedere·ex amore q̄ abſtinere ex timore·Melius eſt
ſingulis hebdomadibꝰ vel etiaꝫ diebus accedere cū
vera humilitate et imperfectionis proprie recogni
tione q̄ ſemel in anno ex ꝓprie iuſticie preſumptio-
ne·Diſcipulus·Dic queſo que ſit hora quam prin-
cipaliſſime dꝫ accedens attendere:et ſe totum re-
colligere atqꝫ ad eius gratiam preparare·Sapien-
tia·Ipſum nunc illius ſāctiſſime ſuſceptiōis ac ſpi
ritualis maſticationis;qꝛ tunc celum quodammo-
do aperitur et filius dilectus anime diſpoſite cor-
poraliter et ſpiritualiter mittitur et vnitur propter
qđ et miſſa a miſſione paterna appellatur·Diſcipu
lus·Quid de his qui maximo cum deſiderio te ī ſa
cramēto recipere concupiſcunt:et tamen hoc quod
deſiderant habere nō poſſunt·Uident ante ſe huiꝰ
ſacramēti miniſtꝝ ſtantem ⁊ te ſumentem reſpiciūt

et pre deſiderio cordis brachia ad te extendunt. os
ale aperiunt te recipere cupientes: nec eſt qui exau
diat qui te porrigat et animā eſurientē impleat tua
pn̄tia deſiderata. Tu ſcis quidere et non guſtare ē
multū afflictiuum amanti anime. Sapientia. Sūt
qui me ī hac menſa ſcramentaliter recipiunt et ta-
mē ieiuni recedunt. Et ſunt qui hac menſa frauden
tur: et tn̄ de plenitudine eius copioſiſſime inebrian
tur. Nā illi quidem ſolum ſacramētum: iſti aūt ſa-
cramentū et eius vrtutem recipiunt. Diſcipulꝰ. Ad
huc duo michi ī hac materia dubia reſtant: vʒ vtruʒ
hic aliq̄d plus habeat qui te corporaliter et ſpiri-
tualiter mādūcet. vel hic qui ſolū ſpiritualiter. i. q̄
tum ad effectū ſacramenti. Et ratio dubii eſt: quia
noſti eum qui dicit. Crede et mādūcaſti. Iteʒ q̄ʒdiu
remaneat iſtud ſacramentum reuerenduʒ poſtq̄ fu
erit ab homine ſuſceptum. Sapientia. Reuera am
pliorem materiā deuotionis et gratie habet q̄ vtrū
qʒ ſuſcipit q̄ qui alterū tantum: quia ſimul habʒ do
natorē cum dono cauſam cum effectu. De ſecundo
ſatis habes manifeſte patrum ſentētias: quia vʒ cor
pus dominicū tandiu manet q̄ʒdiu manent ſpecies
ſacramētales. Diſcipulus. Aue ſanctiſſimum corpꝰ
dominicū in hoc ſacramento cōtentum. Te confite
or labiis te toto corde diligo et totis viſceribus cō/
cupiſco. Dignare queſo hodie infirmam animam
te ſalutarem victimam et fontem omnium gratiaꝝ
recipe cupientē tam clementer et gratioſe inuiſere
vt medelā in corpore et in aīa tua experientia gau-
deā inueniſſe. Ne reſpicias domine ad iniquitates
et negligētias meas plurimas ſed ad miſerationes



tuas infinitas. Tu nāqʒ es per quem orbis terre eſt
creatꝰ et ſanatus: per quē omnes herbe et cūcte res
virtuoſe ſuas ſortiūtur virtutes. Tu es agnus ille ī
maculatꝰ qui hodie pro totius mundi redemptione
patri eterno victimaris. O māna dulciſſimum o ne
ctar ſuauiſſimū confer ori meo tue ſalutaris preſē/
tie mellifluum guſtum. Accēde in me charitatē tuā
extingue vitia infunde virtutes: gratias adauge. ſa
lutē mentis et corporis tribue. Inclinā queſo celos
tuos ⁊ deſcende ad me: vt tibi cōiunctus et vnitus
tecum pariter vnus efficiar ſpiritus. O venerande
ſacramentum per te queſo omnes inimici repellan/
tur pctā dimittantur et omnia mala per tuam pre/
ſentiam excludātur: propoſitum bonum tribue mo
res corrige et omnes actus meos in tuā voluntate
diſpone. Intellectꝰ per te ieſu dulciſſime hic nouo
lumine illuſtretur. affectus inflāmetur: ſpiritus ro
boretur: et vita mea emendata ſemper proficiat in
melius: et tandem conferatur exitus beatus. Amē.

¶ Quomodo eterna ſapientia ſit ex toto corde ⁊ ex
tota anima iugiter omni tempore laudanda .c.v.

O Baudite me diuini fructus aquarum: et q̄-
ſi roſe plantate ſuper riuos aquarum fru-
ctificate. Quaſi libanus odorem ſuauita-
tis hēte. Florete flores quaſi lilium: date odorem ⁊
frōdete in gratiarū actione et collaudate canticuʒ
⁊ bn̄dicite dn̄ʒ ī opibꝰ ſuis. Date noī eiꝰ magnificen
tiā ⁊ cōfitemī illi ī voce labiorū veſtroꝝ: ī cāticis la
bioꝝ ⁊ citharis ⁊ ſic dicetis in confeſſione. Opera
dn̄i vniuerſa bona valde. Benedicentes dn̄m exaltā
te illum q̄ʒtum poteſtis. Maior eſt oī laude. Diſci.

O dilecte mi. qs mihi det vt coꝛ lãguidũ ĩ tuo amo
re et deſiderio laudãdi te ſitibundum cõcetum lau/
dis huiꝰ feruoꝛem ante moꝛtem vicinam ad effectũ
ꝑducere valeat et vt ignis ille in interioꝛibꝰ eſtuans
foꝛtis erũpat et latitudinem totius oꝛbis pertran-
ſeũdo vniuerſa coꝛda ĩ laude tua ſurſum erigat et ĩ
tuo amoꝛe vehementer accẽdat. Vtinaꝫ cũcta ſua/
uia ĩſtrumẽta muſicalia celeſtes quoqꝫ armonie ac
terreſtres melodie de coꝛde meo ſurſum procederẽt
et cõdignas laudes taꝫ dulciter perſonarẽt: vt ocu/
lis diuine maieſtatis tue grate fierent: ac totam ce
leſtẽ curiã nouo quodam et ineffabili gaudio letifi
carent. Sed quid dicã? Memetipſum domine tua
laude ĩdignũ eſſe cognoſco. Quamobrem precoꝛ vt
ſaltem cetere creature nobilitate preclare imperfe
ctũ meũ dignẽtur ſupplerere. Igitur opto vt ex to-
to coꝛde deſidero vt oꝛbes planetarum ac celum ſy/
dereum limpiſſimo lumine radioꝛum floꝛifera quo
qꝫ germina vernali decoꝛe conſpicua. pulchꝛiſqꝫ co-
loꝛibus adoꝛnatũ: necnon et omnia ignita charita-
tis deſideria de coꝛdibus te vehementiſſimo amoꝛe
diligentiũ ꝓcedentia te laudent et benedicant in ſe
cula. Ad laudis tue ſolã memoꝛiam domine mi coꝛ/
meũ liqueſcit. ſenſus ſtupet miratur ratio: verba de
ficiunt in memetipm conuerſus altius ſuſpiro. Nã
quoddã ineffabile deſiderium quod omnem natu-
re ſupergreditur facultatem te ſummũ bonum lau
daui et ĩ me inuenio. q̃ tamẽ infoꝛme relinq̃ ſua ex
ĩpoſſibilitate deploꝛo. Nam ſi te intelligentiis ſeu
ſpiritualibus creaturis cõparare voluero in infini
tum te ſupergredi cunctas creaturas certiſſime in



uenio. Si bona ac dulcia ſpecioſa vel gratioſa con-
ſidero te ſuꝑ hec omnia ineffabiliter gratioſum eẽ
immo ꝙ plus eſt hec omnia ſpiritualiter et eſſen-
tialiter te eſſe veriſſimile cognoſco. Vnum eſt quod
dicere volo: ꝙ eiuſmodi occurſione in me actitari ſẽ/
tio. Cum interdum pulchꝛe ſpecies et ad videnduꝫ
delectabiles habileſqꝫ ad amandum oculis mentis
vel etiã coꝛpoꝛis nunnonq̃ vltro ſe offerunt: ſubito
hec verba coꝛdi meo clara voce ſed mentali ſubiun-
gunt. Eya reſpice et animaduerte q̃ foꝛmoſus eſt il
le qui me foꝛmoſã creauit. Quis ille ĩq̃? Certe pul
cherrimus ipſe. Deniqꝫ meditatione curioſa celum
perambulo circueo terrã polum articum intueoꝛ ꝑ
ſcrutoꝛ maris abyſſum: mundũ hunc cum ſuis oble
ctatoꝛibꝰ conſidero: nemoꝛa folioꝛum ariditate con-
ſpicua admiroꝛ: prata virẽtia ac floꝛibus multicolo
ribꝰ peroꝛnata complectoꝛ: tranſeo campos: mõtes
aſcendo: tranſilio colles: valles percurro: et cũ om-
nia conſidero et ſingula intueoꝛ: velut dulci quadã
armonia hec omnia concentu parili coꝛ meum aſcẽ
dunt in laudẽ creatoꝛis. Cum autem ſpeculatione
quieta diligenter conſidero q̃ pulcherrime et op-
time o tu diuina ſapientia cuncta creata bona pari
ter et mala iuſta ⁊ iniuſta oꝛdinat: ita vt in tuo vni-
uerſo nichil oꝛdinatum relinquas qui facturaꝫ tuã
in ſua operatione taliter diſponis vt eius ex ſagaci/
tate opus vere cenſeatur quodammodo opus intel
ligentie: qui certis legibus cuncta vallaſti et termi
nos ſingulis impoſuiſti. qui cum magna reuerentia
diſpõis nos vehementer exultare ĩcipio et voce gra
tulabunda pꝛorumpere cogoꝛ in hec verba. Opera

dominivniuerſa bonavalde. Porro cum hec omnia
ſupgredi incipio et te ſummũ bonum increatam et
eternã ſapientiam pre cunctis electam cordis mei
vnicã eſſe ſponſam et amicam recogito pre ſtupore
et extaſivel'vltra ſpũm non habeo ſed:totus in me
deficiens in tevehementer exulto. Eya ergo domi=
ne mi reſpice nũc precipuum cordis meis affectum
et doce me laudare te ꝛ glorificare nomẽ tuum glo
rioſũ. qꝛ hoc ẽ quod pre cũctis mundi huius gau=
diis appeto et requiro. Sapientia. Nunquid ne a=
moroſus ſapiẽtie diſcipulus laudare cupit ſuam a/
micã eternam ſapientiã. Diſcipulus. O deus eter=
ne vt quid affligis gratis animũ te diligẽtis:quid
queris de cognitis vt q̃d ꝑ trahis 'animũ anguſtiã
tis:dñe tu oĩa noſti. tu ſcis quia hoc ex intimo cor=
de a pueritia mea ſemper deſide raui. etvotis omni
bus exquiſiui. Sapientia. An ignoras dictum pro=
pheticũ:quoniãvꝫ rectos decet collaudatio. et quia
non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris: Diſcipulus
Vtiqꝫ dñe. Et ideovhe michi quia quid dicã nõ ha=
beo. Aut q̃d reſpondebit michi:cum ipſe feceri. Si
iuſtificare mevoluero:os meum cõdẽnabit me. Sꝫ
nunq̃d ideo te non laudabo;quia in mundum me eẽ
cognoſco. Nõne etvermes ꝛ rane ĩmunde ex putre/
dine generate coaxitantes in paludibꝰ te ſuũ crea/
torem laudare cupiũt prout ſciunt et poſſunt. Naꝫ
et ſivelut laudula et philomena dulciter cãtare ne
ſciunt ſꝫ neqꝫvelut hõ rationalis te cognoſcere pñt
ſaltem hoc faciũt ꝙ te cognoſcentibꝰ materiam tri/
buunt tue laudis. O pater miſericordiarum ſcio et
vere cognoſco ꝙ me miſerũ peccatorem magis de=





ceret corã te iacere ꝓſtratum et cum fletu et gemi
tu peccatorũ veniã flagitare:q̃ꝫ te ore polluto lau/
dare. Sed tamẽ de tua piiſſima bonitate ac infini=
ta dulcedine oĩbuſqꝫ mortalibꝰ promulgata virtu/
te confuſus te laudare cupio ex intimis precordiis
obſecrãs viſcera miſerationũ tuarum:vt me vermẽ
ĩmundum:canem mortuum:cadauer putridum nõ
deſpicias dñe deus meus. Nempe virtutes celoruꝫ
te condigne laudare nequeunt; q̃zto minus homo
fragilis;putredo et vermis: Bonorum quideꝫ meo
rũ non ĩdiges:ſed tuam ſuperexcellentem bonitatẽ
tanto magis manifeſtã facis;q̃to infirmitatibꝰ no
ſtris magis miſerãdo condeſcendis et gratiaꝫ gra
tis ex ſola liberalite largiris. Sapientia. Umbram
nititur apprepẽdere ꝛ ſequitur ventum qui ſe ex cõ
digno laudare me extimat;impoſſibilia attẽtat qui
me ad plenum laudare laborat. Nec tamen ideo a
laude ceſſandũ ẽ ſed tibi pariter omnibus creatu=
ris laudare cõuenit ſuũ creatorem;quia nulla crea
tura eſt que conficere ſuũ non laudet vel ſalteꝫ lau
dabilem reddat. Penſandum quoqꝫ eſt ꝙ in auri=
ribus diuine maieſtatis dulciꝰ ſonat meditatio ſan/
cta:q̃ verba ſonora ſine ſenſu ꝓlato:et gemitus cor
dis q̃ clamor totiꝰ oris et humanitas ſincera q̃ vox
fracta. Etvt melius quod dixi viuo intelligas ſub
exemplo:attende ĩ me etvide ꝙ licet tota vita mea
in terra fuerit ad gloriam ſummi patris: excellen=
tius tamen quodammodo in me clarificatus fuit:
cum ipſum in cruce confitendo et genus humanuꝫ
redimendo. dolores mortis ex obedientia ſuſtinui.
Sũt nõnulli quiverbis declamatoriis me laudãt et

factis diſplicibilibus me irritāt:labiis me honorāt
cor aūt eorum longe eſt a me. Et ſunt nonnulli qui ī
proſperis ſucceſſibus dominum laudāt:in aduerſis
aūt euētibus impatientiam exagerant:quorū laus
deo grata nō eſt. Gratiſſima aūt apud deum et acce
ptabilis laus eſt eorū qui in aduerſis ſicut ī proſpe
ris ex toto corde ſuo omni tempore deum confiten
tur:et multipliciter flagellati et afflicti gratias a-
gunt. Diſcipulus. Loquatur queſo ſeruus tuus ad
cor domini ſui verbum. Vere fateor me in predictis
hucuſqꝫ minus habuiſſe magiſqꝫ confeſſionem lau
dis tue in proſperis q̄ in aduerſis extuliſſe. Sꝫ nūc
me totum in holocauſtū volūtati tue offero animū
habēs promptum ad hoc vt ſi queuis mala ſeu ad-
uerſa euenirēt te ex hoc non minus vellem laudare
quin potius in omnibus gratias agere atqꝫ vniuer
ſa hec propter te patienter ſuſtinere. Item ſi ꝓ glo
ria tua eſſet magis mors mea q̄ vita:vtiqꝫ vitam iu
uētuti adhuc gratā morti libenter vellem expone-
re et reliquos annos quibus viuere poteram ſi mor
te preuētus non fuiſſem totaliter domino meo cu-
perem offerre. Optarē namqꝫ ex intimis precordiis
meis vt ſi iuuentus celerius conſumata annoſitatē
matuſalē coequaſſet. ꝙ vnuſquiſqꝫ annus tam lon-
geui tēporis predicti et vnuſquiſqꝫ menſis annorū
eorumdē et vnaqueqꝫ heddomata horū menſium et
quilibet dies hebdomadarum et quelibet hora die
rum illorum ac quodlibet minutum horarum pre-
dicti temporis te ex perſona mea collauderent tam
deuote et affectuoſe q̄tum vnq̄ aliquis de numero
beatorum ſpūum in ſplendoribus ſanctorum te lau



dare duratione potuiſſet;ac ſi hec omnia in ꝑſona
propria compleuiſſē et quod huius laudis frequēs
innodatio ſua infinitate oēs excederet ſpecies nu-
merorum Adhuc quoqꝫ ſi ꝙ abſit voluntatis tue be
neplacitum ⁊ laudis conomium in hoc conſiſteret ꝙ
anima a corpore eruta ignem purgatorii aut certe
inferni ſupplicium in penam ſuorū criminū recipe-
re deberet. nichil de laude mei vellē diminuere ſed
prompto animo vellem ſi tamē poſſem ſupplere om
nes negligentias hoīꝫ et omnē irreuerētiam a ſecu
lo tibi exhibitam emendare. Sed et ſuppoſito per-
impoſſibile ꝙ in inferno vbi tue laudis nulla eſt cō
feſſio anima mea hoc modo. vꝫ ex charitate te lau-
dare cupiēs iam eſſet poſita:vtiqꝫ de profūdiſſimis
infernorum tenebris in vocem tue laudis tam effica
citer vellē erūpere vt vox altiſona totū infernorum
terminū ac machinam medialē aeris quoqꝫ ac celo-
rum altitudinem penetraret:ac perueniret vſqꝫ ad
ſolium glorie tue in excelſū. Quid plura: fac de me
hic ꝙ tibi placuerit:quia q̄diu eſt halitus in nari-
bus meis a tue laudis preconio non ceſſabo. Sed ⁊
cum virtus loquendi mortis hora defecerit et meū
ieſum pre debilitate amplius proferre non valebo:
peto ſaltē vt nutꝰ oculorꝫ vel extēſio digitorꝫ ſit īno
uatio ⁊ ꝯfirmatio oīꝫ deſiderabiliū affectuū et ver
borꝫ ac operū p̄teritorꝫ et futurorꝫ q̄ vſqꝫ ad extremā iu
dicii diem tibi cum deuoto famulatu offerre vellē
ſi tamdiu viuere poſſem. Inſuper dilecte mi adiicio
vt quando corpus meū fuerit in pulueres minutiſ-
ſimos redactum et lapide clauſum ꝙ de qualibet
pulueris particula minutiſſima vox amena laudis

et glorie tue exurgat que duriſſimum lapidem pe-
netrans celorum altitudinem aſcendat uſq; ad ex-
tremam iudicii diem viue laudis preconium extol-
lat donec in reſurrectione beata corpus et aīa pari-
ter vnita in tue laudis glorificatione eternaliter co-
pulentur. Sane q̄diu ſum in hoc corporis ergaſtu-
lo peto informari qualiter ad hec perueniam: vt ex
toto corde et ex tota anima et ex omnibus viribus
meis omni tempore quadam inceſſabili iugitate te
valeā laudare. Iſtius namq; rei pre maximo de-
ſiderio intra me corde feruido dicebā. O primi mo-
bilis motus velociſſimus quid feſtinas. Cur tam
velociter pertranſis. Quamobrem ſic pperas. Ob-
ſecro te quod eſt impoſſibile fac poſſibile. Sta pau-
liſper: moroſius age: ſol contra occaſum nō mouea-
tur: nec in hoc puncto et in preſenti ictu oculi hui9
horule deum meum dilectum meū: vnicum cordis
mei gaudium centies milies collaudem et glorificē
ex intimis viſceribus precordiorum meorum. Hoc
quoq; ſepius michi fateor accidiſſe cum me pro tē-
pore animus ad diuerſa abſtraxiſſe: ad me reuerſus
et in me cōuerſus ſubito aiebam O dilecte mi mil-
le annorum pertranſierunt ſpacia ex quo te dile-
ctum non habui in actuali memoria. Eya ergo pre-
cordialis amor aperi theſaurum tuum michi et do-
ce queſo q̄diu viuo et ſubſiſto qualiter te iugiter
abſq; vllius interruptionis impedimento quantum
poſſibile eſt valeam laudare. Sapientia. Qui-
cunq; in omnibus actibus ſuis deum intendit et ſi-
bi a peccatis cauet et exercitia virtutum non dese-
rit: deum iugiter laudare non deſinit. Verum vt ſyn-



cere intentioni tue ſatiſfaciam: noſce debes ſecun-
dum patrum notas tibi ſentētias: q̄ cum mens hu-
mana a terrenis vitiis expurgata cunctiſq; emen-
data fecibus paſſionibus fuerit et quantum huma-
ne fragilitate conceditur ad immobilem tranſqui-
litatem mentis ac perfectam puritatem peruene-
rit: hic ad indiruptā laudis mee perſeuerentiam q̄
finis et conſumatio totius perfectionis hominis
ſpiritualis eſſe dignoſcitur perueniet. Cumq; mēs
tali fuerit tranſquilitate fundata vel etiam ab
omnium carnalium paſſionum nexibus abſoluta et
illi vno ſummoq; bono tenaciſſima adheſerit men-
tis intentione: ſine intermiſſione deum laudabit.
Hac .n. puritate ſi dici poteſt ſenſu mentis abſorto
ac de terreno ſitu ad ſpiritualem atq; angelicam ſi-
militudinem reformato: quicquid in ſe receperit q̄c
quid tractauerit: quicquid egerit puriſſima ac ſin-
ceriſſima laus dei et oratio erit. Diſcipulus
Nunc quoq; ſupereſt. O amantiſſima ſapientia vt
poſt hec verba tua dulciſſima de promptuario di-
uine ſapientie allata: de quibuſdam dubiis me īfor-
mare digneris. Et primum eſt vbi maximum incen-
tiuum et precipuam materiam tue laudis valeam
inuenire. Sapientia. In contemplatione illi-
us ſumme ac diuiniſſime ac ſuper excellentiſſime
maieſtatis in qua ſicut in ſuo fontali principio om-
nia bona ſimpliciſſime et vniformiter ab eterno cō-
tinentur: deinde in riuulis bonorum particularius
ab iſto ſūmo bono pfluētiū q̄ diuerſimode a creatu-
ris participātur ſed plus et minus prout ea cauſa
cauſarū dignatur ſingulis cōmunicare. Diſcipulus

Ad contemplationem iſtius altitudinis diuine maieſtatis egrotus nequaq̄ aſſurgere valeo. ſed hoc cedris libani ſcilicet fortioribus relinquo: ſed cum carduo locum michi proportionatum in vno requiro. Veruntamen a laude tua ea propter non tacebo ſi quomodo fortaſſis ex impotentia mea ſaltem potentibus occaſionem videar miniſtraſſe. Sic nimirum videmus q plerumq̄ inter dulciſſimas nemoris auiculas et terminantes philomenas curui corui crocitantes adſunt in hoc eodē modico quod acceperunt creatori ſuo ſubſeruiētes. Sic et ego quoq̄ peccator cum ſim cantum adhuc habeo peccatorum: et prout poſſum dominum meum per ipſū laudo et glorifico internum. Si quidē de eo aliud dulcius canere neſcio niſi hoc videlicet quoniam ſuauis dominus vniuerſis ⁊ q miſericordia eius ſuper omnia opera eius. O deus meus miſericordia mea In hoc letatur anima: exhilarat conſcientia et gaudio immenſo irrigantur omnia oſſa mea. Hoc ſume canticum anima mea vſq̄ in ſeculum inter ſpirituale genus auium cum leto dulciq̄ canit carmine Quotienſcunq̄ enim mente reuolue qualis aliquādo fui qualia diſcrimina euaſi et a quantis periculis me protexiſti et a quibus malis me eripuiſti vincula mea et laqueos periculoſos contriuiſti ⁊ vulnera putrida ſanaſti et me dulciter ac paterne liberaſti: cum hec inq̄ et ſimilia bona michi a te exhibita pertracto mirum eſt q ī horum omniū affectuoſa recordatiōe meipſū pre amore poſſim portare ardentiſſimis ſiquidem ignibus incandeſco. O deus meus q̄diu peccatorē tibi recalcitrātē patienter expectaſti quotiens et q̄ paterne nunc quidem dulciter nuc vero dure me admonuiſti neſcientem in benedictionibus dulcedinis preueniſti: filio prodigo et peccatis pregrauato ac gratiis nudato in occurſum veniens paterne accurriſti: ab intrāte vias prauas miſericordem faciem non auertiſti: ſed ſemper et vbiq̄ pius et miſericors fuiſti Et quod his omnibus maius eſt: q in omnibꝰ his bonis tā multiplicibus ingratis ſemper extiti: nec tu ſūma bonitas ꝓpter hoc diſtuliſti donec tandem me poſt te dulciter traxiſti. A ſūma et ineffabilis pietas: nunqd ī his oībus meipſū a laude tua cōtinere potero? Nequaq̄ Deus meus miſericordia mea pro his omnibus ⁊ aliis innumeris beneficiis tuis opto et deſidero: vt talis namq̄ iocunda laudatio tibi ſit ex me qualis fuit beatorum ſpirituum laus: tūc cū in primo aſpectu tue digniſſime maieſtatis gaudebant ſe eternaliter in tua laude confirmatos, malos vero a ſe ſine fine detruſos: itēq̄ tā magna tāq̄ iocūda ſit illi laudatio q̄ta eſt animarum ſanctarum cum a carcere purgatorii erepte vultui glorie tuo primo preſentatur vt tuam iocundam faciem intueantur: ⁊ quāta erit laus in plateis hierlm poſt ſilem oīm reſurrectionem quādo electi a malis ſegregati deū iocundo corde laudabunt ac de ſua ſalutatione eternaliter gloriabuntur. O dulcis et pie magiſter nūc quoq̄ vellem a te ſcire qualiter affectiones interdū in me exurgentes de quibus dubito vtrum naturales ſint aut gratuite in laudem tuam poſſim conuertere: itēq̄ qr nō ſolū bona ſ; etiā mala: vt pꝫ īmiſſiones malignas ꝑ angelos malos factas atq̄ vlr oīa

viſa et audita et ſinſibiliter percepta in laudē poſſi
vertere mei creatoris. Sapientia. Ad hec tria ꝑ
ordinem talia tibi damus reſponſa et primo dicim⁹
ꝙ horū affectuum ꝑdictoꝝ difficulter haberi poteſt
diſtinctio ꝓpter eoꝝ maximam ſimilitudinem. Et
ideo omnes tales affectiones puras quidem et ſin
ceras vt eſt gaudium et exultatio te ad hilaritatem
q̄ſdam ꝓuocantes/vel etiā vt interdum fieri ſolet
ad dulces lachrymas vel ſ‍i̇̄les affectiones de quib⁹
neſcis vn̄ veniant aut quo vadāt incitātes has oēs
pingues et irriguas affectiones ſtatim vt debes de
uota quadam exhibitione ſurſum ad rerum omniū
creatorem erigere admōꝫ acceptabilis ſacrificii qd
abel deo obtulit;vt eius in laude expendantur qui
et actorem nature et gratie largitor Et ſic quidem
gratie tales que vt ſic ſunt naturales nec meritorie
ex fine ſuo quodāmodo pn̄t fieri ſupernaturales.i.
meritorie. Quotieſcūqꜫ vero ſenſeris malignoꝝ ſpi
rituū blaſphemas ſuggeſtiones introrſus incipere
ſibilare ſtatī ſurge ꝛ dic O de⁹ altiſſime vt ī aīa mea
hui⁹ maligni ſpūs locū vel officiū quo te ī ꝑpetuis
eſ̄nitatib⁹ laudare debuerat ſi ꝯſtitiſſē ſubrige vale
at opto ꝛ deſidero vt quotieſcūqꜫ hic malign⁹ ſpūs
has abominandas cogitationes contra voluntateꝫ
meā mēti īmiſerit.totiēs ex voto oīꝫ deſideriorum
meoꝝ ineffabilis laus et gratiaꝝ actio inenarrabi-
lis tibi ſit in perpetuas eternitates et quotieſcūqꜫ
iſta nephanda ſuſurria īmiſſa ſuſtineo totiēs lau-
dis ſacrificia gratiſſima tibi offerā cū affectu. Sic
igiẗ vt vides diligētibus deū oīa cooperāt ī bonuꝫ
cū etiā talis ſuggeſtio poſſit cedere ī vtilitatē Por
o de vltimo quod q̄ſiſti ſic faciendū eſt Qn̄cūqꜫ vi/



deris vel ꝑcepis quōcūqꜫ reꝝ alq̄ꝝ ꝑeminētiā ſigla
rem;puta nemus frondoſum;pratū floꝛib⁹ gratio-
ſum cāpum honuſtū ſeminibus;arborem repletam
fructibus et in oībus ceteris ſimilibus ſurſum cor-
de eleuato et oculis ac manibus in celum eleuatis
dic ex intimis cordis tui affectibus. O gratioſa et
pulcherrima ſapientia ſecundum ſponſiſſimas ꝛ ex
cellentes huius rei prerogatiuas et gratias milia
milium celeſtium agminum tibi miniſtrātium te ex
me ſalutent et decies milies centena milia tibi aſſi/
ſtentium te glorificent;ꝛ vl̄is melodia omnium cre
aturarum te ex me collaudet nūc ꝛ ieꝛnū Diſcipu.
De⁹ eīne ſi tā iocūda ē laus vie q̄lis erit laus pr̄ie.
O ſi tantū delectat eius memoria;quid erit de pre
ſenti. Sed prohdolor per hanc miram tue laudis
et ineffabilem dulcedinem o diuina ſapiētia cor me
meum pariter iocundatur et tamen introrſus qua-
ſi dolore graui ſautiatur. Cum.n.ī hac valle miſerie
me eē cogito et a perfecta laude beatorum me ad-
huc tam longe diſtare proſpitio;inter vocem laudis
erūpunt pariter et lachrime meroris. O quādo ve/
niet dies illa deſiderata qui me liberabit de corpo-
re mortis huius. Quis.n.non cupiat et deſideret
vehementer diſſolui et eſſe cum chriſto et tranſire
de ſtatu miſerie et de loco pugne in libertatem glo/
rie filiorum dei. Tempus eſt domine ſufficit michi
tolle animam meam. Neqꜫ.n.melior ſum ꝙ patres
mei. Ecce ꝙ periculoſus huius mundi ſtatus inci-
pit eſſe;ecce quot mala incipiunt ex omni parte ſuc
creſcere. Ve ꝑturiētib⁹ et nutriētib⁹ in iſtis dieb⁹
Felix q bn̄ parat⁹ mortē expectat ꝓpinquā Sꝫ ego
feliciorē dixeri q iā de loco mortalitatis trāſiit ꝛ ad

ethereum thalamum feliciter peruenit Ego autem
qui neutrum habeo quomodo cõſolari potero. O
deus meus quid debet internuꝫ ĩ tot laboribus ⁊ an
guſtiis prementibus reficere vel letificare animam
meam. Sapiẽtia. Ecce habes vnde interim tibi ali
qualiter conſulere poſſit; videlicet hanc paginã io=
cunde laudis diem quã frequenter replicando con/
ſolari poteris in aduerſis. Namq; leticia ſpiritua=
lis et alacritas laudis diuine eſt quaſi quoddã pre/
ludium omnium gaudiorum vbi ore pleno et corde
iocundo omnes ſancti et electi me laudabunt ⁊ glo
rificabunt ĩeternum. Hec laus diuina mentem ĩ ad
uerſis reficit animum ſurſum trahit; triſtitiã inor=
dinatam depellit. Ipſa inimicos ſpirituales fugat
deum placat angelos letificat; animas a purgato=
rio liberat; et toti celeſti curie gaudia noua propi=
nat. Diſcipulus. Conſurge; conſurge nunc anima
mea et loquere canticum; canticum vtiq; laudis in
voce exultationis. Cimbala cõcrepẽt; corda cõiubi/
lent; tellus oĩs reſultet in laudẽ ſaluatoris. O amã
tiſſima ſapientia bonitas eterna te precor vt omni
mane diluculo cum ad te ſurrexero ⁊ oculos aperu
ero; ſimul quoq; cor meum in laude tua aperiatur;
et quodam lucifero ſplendore ac flammeo ardore
laudis tue facula immenſa ex eo ſimul exurgat in
ſe continens tui amoris intenſiſſimum gradum cor
di humano vel inquantum deſurſum conceſſum; ſi=
militudinem quoq; ardoris in ſe gerẽs ſpiritus illi⁹
q̃ ĩter ſup̃mi ordĩs celeſtia agmina ĩ te ⁊ de te arden
tia marie tuo calet ĩ amore ad exẽplar nichilomin⁹
illius ſupſubſtantialis et ſupereſſentialis ac ineffa



bilis charitatis in qua tu o pater celeſtis feruẽtiſſi/
me diligis tuũ vnigenitũ in ſpiritu ſancto. Et peto
vt hec laus tã ſuauiter ac blande reſonet in corde
tuo paterno ſicut ſonare cõſueuit ſuo modo omniũ
cytharedorũ ac muſicalium inſtrumentoruꝫ ſuauis
modulatio in corde iocũdo ſtatu iuuentutis florido
Et in hac laudis facula ſimul aſcendat tue laudis
tam odorifera fumi virgula; tam gratioſa; ac ſi eſſet
cõpoſita ex omnibus aromatibus myrrhe et thu=
ris ⁊ vniuerſi pulueris pigmẽtarii; tam ſpecioſo ſi=
cut cũ vernali tempore flores herbarum pullulant ĩ
cãpis pulchris coloribus et arbores ſtant frondib⁹
ornatis gratis odoribus. Sicq; laudis huius facu
la tã amoroſa ac delitioſa; vt in eam oculi tui ferãt
delectabilr totaq; celeſtis aula reſultet. Et hoc iu
giter ſine intermiſſione feruidiſſimo eſtu et rapidiſ
ſimo calore tui amoris ſurſum exurgat; ex corde p
deuotã m editationem; ex labiis per feruidam locu
tionem ex; omnibus operibus per ſanctam ac cele=
ſtẽ conuerſationem. Et hec laudis facula ſua virtu/
te oẽs inimicos repellat; gratiam augeat; fineꝫ bea/
tũ obtineat et gloriã eterne beatitudinis acquirat;
vt finis huius laudis tẽporalis ſit initium eterne
laudis patrie celeſtis. Amen.

¶ Informatio qualiter predicta ſint trahenda ad
ſermones et collationes. c. vi.

Theſaurus deſiderabilis ĩ ore ſapiẽtis erit
hec tua p̃clariſſima doctrina o amãtiſſima
ſapientia ſi fuerit taliter ordinata vt nõ ſolum faci
lis ſit ad intelligendum vel delectabilis ad audien

dū: ſed et generalis pro cuiuſlibet ſtatu ſe ad dilatā-
dū. Nam et hoc ipſum perfecta eius requirit inte-
gritas. Adverū quippe amorem tueq̨ laudis condi-
gnā frequentationem zelus pertinet animarū. Si-
quidē fidelis ſeruus et prudēs apoſtolici ordinis
imitator exiſtēs non ſolum ſibi ſed et ſaluti animarꝫ
et proximorum vtilitati intendere fraterne charita-
tis obligatione tenetur. Et ideo poſt premiſſa hui⁹
ſapiētie ſalutaris documenta: peto informari quali-
ter ad proximorum vtilitatem hanc eandem doctri-
nā faciliter cōuertere et copioſe valeam dilatare: in-
ſup et formulam artemq̨ tribue diſcipulo ſimplici
cōpendioſam et vtilem hoc idem faciendi in quacū-
q̨ alia ſimili materia indiſtincta et īformi: vt ſic de
obſtruſis fauorum cellulis mel producere et panē
paruulis frangere ac in turbas diſtribuere valeam
fecunditate gratioſa. Sapientia. Pulchre et com-
pendioſe huius q a me petis eruditionem habere
poteris: ſi dictum illud perutile quod quondam in
ſcientiis humanit⁹ inuentis legiſti non velis proii-
cere ſed effectui curaueris ſtudioſe mandare. Que-
ris quid ſit hoc? Certe illud cuiuſdā famoſi qui ſic
dixit Sapientis eſt ordinare. Quid huic meli⁹? q̄d
vtilius: quid nobilius? Nam et ea que a deo ſunt or-
dinata ſunt. Qui enim ordinem retinet: durabile
erit. Et ergo ſi mulier in hoc ſicut et ī premiſſis om-
nibus exemplo magis q̄ verbo te inſtruam de que-
ſito modus et ordo hic tibi monſtratus tibi erit v-
tiliter obſeruandus. Nota ergo circa premiſſa q q̄-
cumq̨ ſapienter atq̨ feruenter non ſolum ſeipſum
ſed et proximum ex hac ſapientie doctrina edifica-



re deſiderat: ſtudioſe perquirendo īueniet ibi quod
proficiat vtiq̨. Quedā namq̨ materie taliter ſunt
poſite vt de ſe quodāmō ſint applicabiles ad euiſ-
modi. Si quis tamen aliqualē diligentiam. volue-
rit adhibere. ſicut ſunt omnes ille que de chriſti ſūt
paſſione ſunt: vbi ſolus aduertendus eſt numerus
eorū que et qualia chriſtus fuit paſſus: et quomo-
do in his homo ſe eiſdem ſpiritualiter debet cōfor-
mare. Verbigratia. Materia illa ſuperius poſita v-
bi diuina ſapientia inchoauit diſcipulo pro ipſius
feruore excitando ſuā paſſionem explicare taliter
eſt ad populum ordinanda. Si quidem xp̄s dei fili⁹
īminente ſibi paſſione horrenda. cum pre anguſtiis
superuēture in proximo mortis guttas ſangnineas
ſudādo funderet in terra. nichilominus tamen libe-
re ſuā voluntatem patris voluntati commiſit: ⁊ qd̄
ceperat deuote perfecit: ſic quilibet deuotus in om-
ni aduerſitatis preſſura et tribulatiōis anguſtia li-
cet forte naturā habeat reluctantem ſe paterne vo-
luntati committat. et deuote hoc ſuſpiciat quod oc-
currit. Et ſicut chriſtus fuit captiuatus et vincula-
tus ne quo ipſe vellet poſſet abire; ſimiliter homo
ſeipſum debet captiuare ne ſequatur concupiſcen-
tias carnales ac ſenſualitatis appetitum ad noci-
ua eum trahentem. Item eadem nocte omnes il-
luſiones ſibi factas ac verecundias illatas ab ini-
quis et perditis iudeis patienter ſuſtinuit. ſimili-
ter homo omnia verba contumelioſa et turbatiua
atq̨ opprobria et cuncta alia mala irrogata a ma-
lis et importunis hominibus patienter ferat et a-
more ſui creatoris et redemptoris ſimilia vel po-

tius multo maiora ꝑpter ip̄ꝫ patiēdis. Deinde ī mor
tis diſcrimine a caypham adductus veritatem non
deſeruit: ſed ante maledicentē et condamnantem ſe
dei filiū cum omni modeſtia confeſſeus eſt: ſic ver⁹
ipſius ſeruus ꝑpter nullum temporale periculum
debet veritatē deſerere ſed vſqꝫ ad mortem perdura
re: Dulciſſima ei⁹ mr̄ filio ſic anguſtiato viſo valde
doluit et ei ex intimis viſceribus compaſſa fuit ac
amariſſime fleuit: ſic fidelis amicus ſuo dilecto a-
mico mala patienti cōdoleat et compatiatur. Dein
de cū ante preſidem ſtatueretur et iniquis accuſa-
tionib⁹ falſe vrgeretur omnē manſuetudinem ⁊ pa
tientiā oſtēdit: ſic verus chriſti imitator nō murmu
ret nec reclamet: nec cōtradicat cum indebite ab e-
mulis leditur aut īpugnatur. Diuina ſapientia ve-
ſte alba induitur et tanꝙ fatuus expuitur et irri-
detur: ſic oēs irriſiones que ſolent a vanis hui⁹ mū
di hominib⁹ deum pre oculis non habentib⁹ homi
ni ſpirituali irrogari ſufferat patienter. Spinea co/
rona rex glorie coronat ſceptro ac purpura ſubſana
tore deluditur: ſic etiam cū ſeruus chriſti ī hoc mū
do vilipēditur velut omni honore indignus abiici-
tur atqꝫ a preſumptuoſis deſpicitur: et illuſionib⁹
moleſtatur: cogitet ꝙ ſeruus non eſt maior domino
ſuo: nec pro malo habeat ſi ſummo regi ſimilia pa-
tiatur. Poſt hec nudatus verberat et flagellis no-
doſis caro illa ſanctiſſima et membra delicatiſſima
acerrime dilacerantur. Et corpus eius formo-
ſum plagis liuet et ſanguine vndiqꝫ rubet: ſic mi-
les ſtrenuus debet corpus ſuum per aſperitates et
duricias caſtigare ne inobedienter incipiat recalci



trare. Tandem ſententia mortis ſuper actorem vite
data crucē ſibi baiulans confeſtim ad locum ſuppli-
cii foras adducitur tanqꝫ malefactor qui hui⁹ mun
di vita indignus extimatur: ſic verus ieſu chriſti i-
mitator ſeip̄ꝫ abneget tollēs crucē ſuā ⁊ extra caſtra
exeat improperia ipſius portando tanꝙ purgamē
tum huius mundi factus ſemperqꝫ mortificationē
ieſu in corpore ſuo circūferat: vt et vita ieſu in corpo
re ſuo tandē manifeſta fiat. Itaqꝫ ſimili modo his
decē articulis faciendum eſt in omnibus conſequē
tibus materiis que ſunt de chriſti paſſione. Eodem
quoqꝫ modo fiat in materia pretarata de vtilitate
videlicet temporalium tribulationum: de quib⁹ ſi-
militer poterit combinare et applicare prout volue
rit. Sic ergo vniuerſaliter faciat in omnibus talib⁹
que ſunt his ſimilia motiua multa que ordinate cō
ponendo et commemorando auditoribus proponat
et diffuſius ꝑtractādo ad libitum faciat collationē
motiuam. Quedam autem diligentiori indigent ꝑ
